



Specimen hermeneutico-theologicum, quo vaticinationes Jesu Christi, de perpessionibus suis, morte et in vitam redditum, illustrantur et vindicantur

<https://hdl.handle.net/1874/10090>

*S P E C I M E N
HERMENEUTICO-THEOLOGICUM,
Q U O*

VATICINATIONES IESU CHRISTI,
DE PERPENSIONIBUS SUIS, MOR-
TE ET IN VITAM REDITU,
ILLUSTRANTUR ET VINDI-
CANTUR,

Q U O D;

DEO FAVENTE,
EX AUCTORATE RECTORIS MAGNIFICI
GERARDI MOLL,

A. L. M. PHILOS. DOCT. MATHESEOS ET PHYSICAE PROF.
AMPLISSIMIQUE SENATUS ACADEMICI CONSENSU,
ET VENERANDAE FACULTATIS THEOLOGICAE
DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS
SUMMISQUE IN THEOLOGIA HONORIBUS AC
PRIVILEGIIS,
IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA
RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,
PUBLICO ET SOLENNI EXAMINI SUBMITTIT

HENRICUS EGEBERTUS VINKE,
AMSTELODAMENSIS,
DOCTRINAE CHRISTIANAE INTERPRES IN VICO
DE FUURSCHE,
DIE XIX IUNII MDCCXVIII. HORA XI.

TRAJECTI AD RHENUM,
EX OFFICINA O. J. VAN PADDENBURG,
ET I. VAN SCHOONHOVEN,
ACADEMIAE TYPOGRAPHORUM.

L. S.

Cum per triennium, in illustri Athenaeo Amstelaedamensi, clarissimorum scholas Virorum, quos grata semper memoria prosequar, frequetassem, ibique Bonis me Literis tradidisse, parum vero Theologiae operam dedisse, in Academiam traieci Rheno-Traiectinam. In qua non ita diu versatus eram, cum Cl. Heringa me admoneret, ut dissertationem conscriberem, et ipso Praeside defendenderem. Lata vero nova lege Academica, et ille et Viri Cl. Roeyards et Oordtius auctores mihi fuerunt, ut ad summos in Theologia honores consequendos adspirarem. Cui adhortationi, post longas haesitationes, tandem obsecutus fui. Etsi enim, ut ait Cicero, nihil in se habeat gloria, cur expetatur, tamen virtutem tanquam umbra sequitur.

Primum mihi sumseram aliud argumentum tractandum, cui tamen valedixi, quoniam non placebat. Versari autem in arguento, quod non placet, alias posse, me non posse, fateor.

Itaque, qui iuvenilibus studiis faves, hoc iam accipias qualecumque specimen de nonnullis Iesu Christi vaticinationibus. Si quis autem, ego certe huius veritatem proverbii expertus sum: iucundi acti labores; quippe qui, multas inter et gravissimas res, quae nrodo doctrinae Christianae


interpreti peragendae incumbunt, maiorem huius dissertationis partem conscripsi. Quodsi vero quid ea praefitero ad vindicandum argumentum, quod, in probanda auctoritate Iesu Christi divina, ex eius vaticinationibus ducitur, atque adeo falsa reddiderim, quae scripsit Herderus de hoc argumento, in libro, vom Erlöser der menschen, p. 234, 235, () habebo, pro quo gratias Deo agam maximas, et de quo gaudemam impensius.*

Caeterum, quos animo foveam sensus gratos erga Praeceptores aestumatisimos, et imprimis erga Cl. Heringam, Promotorem mihi datum, optimoque de me meritum, hinc indicare vellem; sed, cum verba deficiant, nec valeant ad illos recte exprimendos, eos fovebo potius in aeternum.

(*) *Haec eius verba sunt: der streit steht noch, wie er gestanden hat. Die eine seite zweifelt, spottet, läugnet, die andere rettet, beschöniget, beweiset, behauptet. Leider aber glaubt man, die fromme Parthei sey in die Enge getrieben, und glaube selbst nur zweifelnd, was sie beweiset.*

CON.

CONSPECTUS SPECIMINIS.



	Pag.
Introitus.	1.
Pars I. exhibens vindicias dietorum, quibus Iesus perpesiones suas, mortem et in vitam redditum, praesignificavit.	5.
Ioh. II: 19. coll. 21.	6.
Ioh. III: 14. coll. c. VIII: 28. et XII: 52.	24.
Ioh. VI: 51. seqq.	34.
Ioh. VI: 70. coll. f. 64 et 71.	42.
Matth. IX: 15. coll. Marc. II: 20. et Luc. V: 55.	53.
Matth. XII: 59, 40. coll. Luc. XI: 50, 52.	55.
Matth. XVI: 21. coll. Marc. VIII: 51. et Luc. IX: 22. Matth. XVII: 9, 12. coll. Marc. IX: 9, 12.	
Matth. XVII: 22, 23. coll. Marc. IX: 51, 52. et Luc. IX: 44. Matth.	
	XX:

XX: 17, 19. coll. Marc. X: 52-54.	
et Luc. XVIII: 52 - 54. Pag. 67.	
Matth. XX: 20-23. coll. Marc. X: 55-	
40. (Conf. et Luc. XII: 50.)	96.
Matth. XX: 28. coll. Marc. X: 45.	100.
Matth. XXI: 57-59. coll. Marc. XII:	
6-3. Luc. XX: 15-15.	101.
Matth. XXVI: 2.	102.
Matth. XXVI: 12. coll. Marc. XIV: 8.	
Ioh. XII: 7.	103.
Ioh. XII: 23, 24.	104.
Ioh. XIII: 10, 11, 13, 21 - 27. coll.	
Matth. XXVI: 21-25. Marc. XIV:	
18-21. Luc. XXII: 21 - 23.	105.
Matth. XXVI: 26-29. coll. Marc.	
XIV: 22-25. Luc. XXII: 19, 20.	109.
Ioh. XIII: 51 - XVI.	111.
Ioh. XIII: 53, 36.	—
Ioh. XIV: 5.	112.
Ioh. XIV: 13-20.	113.
Ioh. XIV: 23.	119.
Ioh. XVI: 16, 19. seqq.	—
Matth. XXVI: 51, 52. coll. Marc. XIV:	
27, 28.	129.
Ioh. XIII: 58. Matth. XXVI: 54. coll.	
Marc. XIV: 30. et Luc. XXII: 54.	131.

Pars. II. qua demonstratur, his Iesu vaticinationibus eo nomine dignis insesse vim ad probandam auctoritatem eius divinam.	134.
Sectio I. exhibens illorum Iesu vaticiniorum descriptionem, suis partibus illustratam.	136.
§. I. Illorum Iesu vaticiniorum descrip- tio.	136.
II. Cuius singulae partes illustrantur et probantur.	138.
III. Hacc Iesu vaticinia fatis perspicua sunt.	—
IV. Et certa ac definita.	140.
V. Versantur illa circa res contingentes.	141.
VI. Quas perspicientia humana praevi- dere haud poscit.	142.
VII. Eas praevidere non potuit ex as- peritatibus rerum et angustiis tem- poris.	143.
VIII. Neque e veterum prophetarum vaticiniis.	149.
IX. Neque ex analogia eorum, quae vi- ris sanctis antea acciderant.	156.
X. Neque vaticinandi facultate, quae hominum animis ineset.	153.
XI. Neque ea vaticinandi vis magnetis- mo animali est attribuenda.	162.
§. XII.	

§. XIII. Neque ex Servatoris mundi notio-	
ne et morali mortis cius neces-	
fitate.	Pag. 167.
XIII. Haec Iesu vaticinia eventu probata	
funt.	174.
Sectio II. qua evincitur, his Iesu vaticiniis	
vim inesse, ad auctoritatem eius	
divinam probandam.	176.
§. I. Demonstratio.	176.
II. Demonstrationis vindicatio.	179.

in aliudque ex alio viro propter quodcumque
alio alio regum aut alii miseri et infelici
et alii non satis fortunatis et fortunatis
aut **SOPPI E CHIMEN**
et alii diversi ut in multis aliis etiam
HERMENEUTICO-THEOLOGICUM,

QUO

VATICINATIONES IESU CHRISTI, DE PER-
PENSIONIBUS SUIS, MORTE ET IN
VITAM REDITU, ILLUSTRANTUR
ET VINDICANTUR.

Religionis Christianae veritas et divina origo
probari a recentioribus solet, duplice argumento-
rum genere. Alia enim sunt *interna*: alia *ex-
terna*, sive historica, cuiusmodi sunt miracu-
la et vaticinationes. Et recte quidem: histo-
ria enim et doctrina Christi tam arcto nexae
sunt vinculo, ut nequaquam possint divelli. At
multi Theologi tamen sunt, qui, in proban-
da doctrinae Christianae veritate et auctorita-
te divina, non nisi internis argumentis utendum

A

es-

esse dictitent, externis plane improbatis et reiectis, aut saltem his illa anteponenda esse putent. Utrumque autem sit non nisi magno religionis christianaे detrimento; id quod abunde demonstrarunt *Auctores laudati a ven. Christiane*, in Spec. Herm. Theol. exhibente *Vindicias facultatis, Apostolis Iesu Christii olim datae, peregrinis loquendi sermonibus*, Trai. 1801. pag. 6, 7. Quibus addantur Möllerus et Clarisse, in Disert. ad probandam vim argumenti, quod pro viritate et divina origine religionis christianaē ex Iesu et Apostolorum miraculis desumitur, in Opp. Soc. Hag. pro vindic. relig. Christ. 1800. illius quidem p. 13. sqq. huius vero p. 7. sqq. Quanquam enim interna argumenta, quae ex ipsius doctrinae bonitate et praestantia ducuntur, sua laude suaque probandi vi minime privanda sunt; ex his tamen nihil aliud effici potest, nisi hoc: religionem, quam Christus eiusque Apostoli tradiderunt, a Deo originemducere potuisse. Vid. Möller. l. l. p. 37. Qui enim contrarium statuunt, hi in verbis iudere videntur, nec satis definire, quid intelligant, cum *divinam religioni christianaē tribuant originem*. Conf. cl. Muntinghe, *Compend. Theol. Christ.* p. 510, not. b. Quam si ita descripseris, ut nihil aliud indicet, nisi hoc, *religionem illam Deo dignam esse*, non est, quod tibi repugnemus; si vero proprie originem intelligas vere *divinam*, qua vere et *auscas a Deo*

HERMENEUTICO-THEOLOGICUM. 3

Deo profecta est, haec internis tantum argumentis probari non potest. Ista autem, de negligendis externis, extollendis vero internis argumentis, opinio sponte fluxit ex multorum opinandi et philosophandi modo. Ratios enim humanam nimium extollunt; omnia huius imperio subiiciunt, ac nihil quicquam credunt, nisi quod humana sagacitas potest et assequi, et vero etiam invenire. Doctrinam igitur Christianam eatenus probant, quatenus eam, et intelligere possunt, et ex ingenii sui quasi fonte derivare. Nullum fidei, quam patet factio singulari divinae tribuunt Christiani, locum relinquunt. Nullam legatis divinis tribuunt auctoritatem, nisi quia uniuscuiusque sapientis doctrina gaudeat. Omnia plane reiiciunt, quae rationis humanae perspicientiam superant. In his ipsum errasse Iesum dicunt, vel, quod peius est, perveris popularium suorum opinionibus sese accommodasse. Hos igitur Philosophos si audias, perinde erit, quid et quomodo de Iesu, de divina eius legatione ceterentias, quippe non ex ea, sed ex ipsis doctrinae indole et praestantia, religionis Christianae pendet auctoritas. Atque ita, proh dolor pereunt omnia, quae christianaee religioni propria sunt, et Euangelii iacturam facimus. Sed absit istiusmodi temeritas et *anxietas*. Multo enim magis nobis de eo gaudendum est, in eoque laudanda divina benignitas, quod et eius-

4 ~~ANNO~~ SPECIMEN INAUGURALE

modi nobis procuraverit argumenta, quibus origo religionis Christianae vere divina, universaeque eius doctrinae veritas, possit probari.

Cum igitur horum argumentorum tantum sit pretium, tanta, in probanda auctoritate Iesu et religionis Christianae divina, vis, profecto non inutilem navayerit operam, qui haec argumenta ab hodiernorum interpretum dubitationibus et παρεπομμέναις vindicaverit, eorumque probandi vim demonstraverit.

De miraculis Iesu Christi multi egerunt, eius vero vaticinationum causam nemo adhuc, quoad equidem sciā, ex professo, ita tractavit. Huic igitur labori manus admoveo, Deum O. M. precatus, ut mihi adfīt propitijs, animi corporisque vires largiatur et sustentet, omniaque tendere curet in suum, Filiique sui, Servatoris nostri, honorem.

Omnium autem Iesu vaticinationum causam agere cum et huius dissertationis ratio, et vero etiam temporis angustia non permittant, de iis tantum agam, quas edidit Iesus de perpessionibus suis, morte et reditu in vitam, atque ita quidem, ut priore huius dissertationis parte vindiciae continantur singulorum dictorum, quibus Iesus perpessiones suas, mortem et in vitam redditum praesignificavit: posteriorē autem demonstretur, illas veri nominis vaticinationes esse, iisque inesse vim ad probandam auctoritatem Christi divinam.

PARS

P A R S P R I O R,

EXHIBENS
VINDICIAS DICTORUM, QUIBUS
IESUS PERPESSIONES SUAS,
MORTEM ET IN VITAM REDI-
TUM PRAE SIGNIFICAVIT.

Perpesiones suas, mortem et in vitam reditum Servator noster saepius praesignificavit, mox apertius, mox tectius, pro temporis et audientium varia ratione. Ut enim in omnibus, ita et haec in re, sapientissimus ille modo agebat sapientissimo. Tectius igitur de iis dixit, ineunte munere suo publico; tectius item, cum ad Phariseos, aut promiscuam hominum turbam verba ficeret; apertius vero, ultimo vitae suae anno; apertius item, cum a vulgi strepitu remotus cum discipulis versaretur. (a)

Primum igitur, ut temporis ordinem sequamur, dictum nobis exhibet

Ioh.

(a) Vid. Hesf. Lehre, Thaten und Schicksale unsers Herrn. II. p. 480 - 486. ed. Turic. 1806. et Reinhardi Dis. de Christo, suam, dum viveret, resurrectionem prae dicente in Comm. Theol. quas editorunt Velthufen, Kunoel et Rupertii, Vol. III. p. 3, 6.

Ioh. II. 19. coll. 21.

Sunt quidem, qui hanc templi purgationem eandem fuisse putant cum ea, quam referunt *Matthaeus*, c. XXI. *Marcus*, c. XI. et *Lucas*, c. XIX.; rectius tamen, ut videtur, alii, quos inter iam *Chrysostomus*, hanc ab illa diversam esse existimant. (b) Quam igitur sententiam sumere mihi liceat, cum eius rationes exhibere et explicare ab hoc loco alienum videri possit.

Ut igitur ad nostram causam statim accedamus, venerat Servator noster Hierosolymas, ut Paschatis festum, una cum popularibus suis, religiose celebraret, quemadmodum, inde a pueritia, quotannis solitus fuerat. Adit templum, cuius in atrio videt, qui nummis permutandis quaestum faciebant; videt aliud mercaturaे genus facientes; videt columbas, oves, boves, quorum strepitu, balatu et mugitu non poterat non religiosus Dei cultus turbari, locusque Deo sacer profanari. Scilicet templo praefecti, rem, sacrificaturis commodam, fibique proficuum, indulgenter tolerabant. Ipse Christus quoties privatus nullaque munitus auctoritate indignum facinus viderat, toties indignatus fuerat, nec

(b) Vid. Hess. *Gesch. Jesu*, Tom. I. Lib. I. c. 3. p. 197. Herwerden in *Ioh. II.* p. 291-293. et Kuijnoel, in *Comment.* ad h. l.

nec publice prehenderat. Nunc vero divinitus ad purganda sacra missis, Patris sui mandato obtemperaturus, aede sacra exire auferrique iubet, et cum auctoritate expellit, omnem hanc mercatorum et animalium turbam: probantibus profecto et laudantibus ingenuis Dei cultoribus.

At aegre rem insolitam ferunt οἱ Ἰουδαῖοι, si-
ve qui aderant e plebe, sive nominatim eorum
proceres. (c) Iesum adeunt, dolore capti, ira
incensi, et temeritatis accusare eum cupiunt.
Τί σημεῖον, inquiunt, δείκνυεις ἡμῖν, ὅτι ταῦτα
ποιεῖς, quodnam signum exhibes nobis: quando-
quidem ea facis? Ita vocábulum ὅτι saepius oc-
currit in hoc Euang. ut c. VIII: 22. et IX: 17. et verbum δείκνυειν non tantum significat
monstrare, sed et exhibere. Loca Aeliani,
Luciani et τῶν ὁ dedit I. I. Zimmerman-
nus, Opusc. I. 882. Atque ita Ioh. X: 32. et
ἐγεδελξάτο, 2 Tim. IV: 14. Vid. Schleusneri
Lex, in N. T. ad voc. n. 5. Lexici in in-
terpretes Gr. V. T. Spec. II. p. 35, 36.

Purgando templo Iesus partes egerat instau-
rantis cultum Dei solennem: sibique adeo fumerat,
quod Sacrorum antistitibus erat demandatum.
Iccirco ab eo postulant σημεῖον, documentum,
argumentum auctoritatis suae in hoc instituto,
nominatim mirificum. Ita enim Hebreo nis vi-
den-

(c) Τοὺς Ἰουδαῖους καὶ Ἕλληνας saepius dici Iudeorum
Proceres, notum est. Vid. Schleusner, in Lex. ad
voc. n. 5.

3 SPECIMEN INAUGURALE

dentur usi e consuetudine scriptorum sacrorum, qui eo sensu illud adhibent, non tantum, ut Paulus putat ad n. I. p. 174. addita voce *τέρας*, *τέρας*, ut Ies. VIII: 18, Ier. XXXII: 20, 21; sed et nude positum, ut Exod. IV: 8, 9, 17, 28, 30. coll. c. VII: 3. et Deut. XXVI: 8. aliisque locis. Neque aliter deinceps saepius id hominum genus sibi *σημεῖον* *conspiciendum* (*ἰδεῖν*) postulavit, Matth. XII: 38. et *σημεῖον* quidem *ἐν τῷ οὐρανῷ* c. XVI: 1. et *ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ*, Marc. VIII: 11. Cf. Schleusn. *Lex. in N. T.* ad voc. n. 2. Hesfinkii *Uitlegk. Woordenb.* voc. *Teken*. Eaque vocabuli Graeci significatio convenit locis in Euang. Ioh. propinquis, c. II. 11. IV. 34. Addi meretur c. X. 41. propterea quod ibi et inducuntur Iudei negantes, Iohannem Baptistam edidisse *σημεῖον*. Scilicet, mo-
nente Paullo, i Cor. I. 22. *Ιουδαῖοι σημεῖον αἴτου-*
σι. Quid multa? Audimus, referente Iohanne,
c. VI: 30. Iudeos postulati *σημεῖον* hanc afferre
rationem: *τὰ τῶμαν καὶ πιστεύσωμέν σοι.* Ex
quibus omnibus efficitur, Iudeos mirificum a
Iesu postulasse auctoritatis documentum. Et recte
quidem hactenus. Homini enim privato ista agen-
di ius fuisse haud videtur: admonere forte poterat
templo praefectum, ipse templum purgare non
poterat. Nec mirum: ita enim omnia facile
perturbata fuissent. Vid. Lampe, *Comm. Tom. I.*
p. 536, 537. not. p. et van Herwerden
Comm. vern. in Ioh. Tom. II. p. 298. et 313. Re-
iicienda igitur est Pauli, V. C. in *Comm. Germ.*
scrip-

scripto, Vol. IV. P. I. p. 167. sq. 174-176. opinio, hunc locum ita interpretantis: *quodnam signum hac re nobis dare in animo habes? quid nobis hac re ostendere vis?* dicentisque, Iudeos ne cogitare quidem potuisse de miraculo, quoniam, quod Iesus fecerat, id cuique facere liceret. Frustra enim hoc probare conatur exemplo Pinchae, Num. XXIV: (leg. XXV.) 7-11.

Ad Iudeorum quaestionem sic respondet Iesus, sect. 19. *λέτε τὴν υἱὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερθεῖ ἀντόν.* Imperativum saepius sumi pro Futuro notum est et a plurimis observatum, laud. etiam Glastio Philol. S. T. I. p. 286. ed. Dathii, ut adeo λέτε vertendum sit: *destruetis*, vel: *si destruatis*, quod Grotius habet. Λύει autem significare *destruere*, et *ἐγερθεῖ* denuo *exstruere*, satis etiam notum est. Vidd. Auctt. a Tittmanno laudd. ad h. I., quibus add. Grotius, aliique. Intelligendum esse templum *Herodianum*, non *Zorobabelicum*, pluribus iam docuit Lightfootus, I. I. Opp. II. p. 607. Conf. etiam Lud. Cappellus ad I. in *Bibl. Crit.* Grotius ad Matth. XXIV: I. Kuinoelius et Tittmannus, ad h. I.

Quaeritur autem quisnam aenigmatici huius dicti sensus sit: num illud ad mortem Iesu et in vitam redditum referendum, an vero alio modo sit explicandum.

Quadruplex opinionum varietas est. Multi, τὸν υἱὸν, quem Iesus a se extractum iri dicit, de

10 SPECIMEN INAUGURALE

corpore intelligunt. Forbergius, loco deinceps notando, de *templo Hierosolymitano* illud accipit. Alii *nouum religionis institutum* eo significari putant: ut scriptor anonymous in Eichhornii *Bibliotheca Germ.* Vol. VII. p. 1046, et Henckius in *Commentat.* *Ioannes Ap.* *nonnullorum Iesu apophthegmatum* in *Evang. suo et ipse interpres*, in Pottii *Ruperti Syll. Comm. Theol.* Helmst. 1800. p. 8-22. Gablerus, in *Neuestes Theol. Journ.* Vol. II. p. 87-92. Eckermannus, in *Theol. Beyträge*, Vol. V. P. II. p. 57. sqq. Herder, in libro: *von Gottes Sohn der welt Heiland*, p. 155. sq. Hanc opinionem videtur et de Wette amplecti, in *Comm. de morte I. C. expiatoria*, Berol. 1813. p. 89. not. 198. (recens. in *Bengelii Archiv für die Theologie, und ihre neueste Literatur*, Vol. I. p. 46. sqq.) quamquam id non aperte dicat; sed in universum inter omnes melioris notae interpretes constare affirmat, *Ioannem Apostolum ex post factis effatum Iesu falso interpretatum esse.* *Paulus* denique *novam templi moderationem intellectam* vult, lib. I.

Nos veterem eamque a praestantissimis nullo non tempore probatam interpretationem retinendam esse putamus, qua διὸν οὐτος creditur esse Christi corpus, quod, violenta morte destrutum ab Iudeis, triduo ipsius virtute eset instaurandum. Quam quidem interpretationem, primo probare et difficultates, quibus premi ea

visa est, tollere conabimur, *deinde* aliorum opiniones breviter refutaturi.

Ac primum quidem maximum ad nostram sententiam probandam momentum facere nobis videtur ipsius Iohannis Apostoli interpretatio. Scilicet, ut alibi saepe, ita et hic Iesu dictorum interpretarem agit. Iudei herba Iesu proprie de templo Hierosolymitano accipiebant, vel potius accipere videbantur. At male. Ἐπεῖνος enim, inquit Iohannes, ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ. Quia in explicatione si erraverit Iohannes, quorsum, quaeso, spectat Iesu de Spiritu S. promissio, qui in omnem veritatem ducturus esset Apostolos? (Ioh. XVI: 13.) Vana profecto foret et irrita. Scio, Eckermannum l. l. p. 58, 62. hanc promissionem, non de *theoretica*, quam dicit, sed de *practica* tantum *veritate* intelligere. Sed quis est, quin videat, hoc discrimen sine ulla sumi probatione, in interpretando Iesu dicto, qui πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν dicit, ab iis, Christi nomine, sive voce, sive scriptis, tradendam? Quae vero *practica* dicitur veritas, nonne nititur *theoretica*? Theoretica autem in religionis Christianae causa nonne praxin spectat? Ita hanc saltem, de qua disputamus, veritatem ad animi moderationem et disciplinam vitae adhibuerunt Apostoli, certe adhibuit Iohannes: qui, quod de omnibus narrat, in se ipse expertus est: ἐμνήσθησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ὅτι τοῦτο ἔλεγεν αὐτοῖς καὶ ἐπίσευσαν τῇ γραφῇ, καὶ

τῷ λόγῳ, ὃ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς. sect. 22. Si igitur in explicandis Iesu verbis erraverit, fides eius dicenda erit vana, quippe errori hermeneutico superstruta. Nec quicquam nobis proderit Iohannis industria in narrandis Iesu orationibus et collocationibus. Qui enim, et invita Christi mente, interpretatus est magistri verba, et eiusmodi interpretatione ad fidem ei habendam inductus est, quo modo nobis et verborum et mentis Christi poterit esse interpres fide dignus? At Eckermannus, p. 62. nobis occurrit sic, ut dicat, τοὺς μαθητὰς, sect. 22. dici posse Christi, non apostolos, sed discipulos alios. Id vero a contexta oratione et simplici narratione Iohannea prorsus est alienum. Sunt enim οἱ μαθηταὶ, c. II. 2, 11, 12. illi ipſi Iesu discipuli, qui praesentes aderant, magistri dicta excipiebant, iisque ad fidem inducebantur. An igitur facile, cum Eckermanno, p. 58. credemus, Iohannem et universę apostolos errasse, in huiusmodi interpretationibus, quippe qui a Christo in vitam reverso saepius propterea reprehensi fuerint? Credimus profecto, eos ingenii tarditate anteque captis opinionibus errasse, antequam Spiritus ille veritatis et uberior patefactio rerum ad religionem pertinentium eorum animos illustraverat; sed iidem nobis persuademus, hoc, quicquid fuerit erroris, iis exemum fuisse, fabulerrima illa admonitione, cuius haec fuerit vis, ut in tradenda Christi doctrinā, sive voce, sive scrip-

scriptis, labendi periculo erepti, nobisque facti
sint testes et interpretes fide dignissimi.

Neque obstat huic Iohannis interpretationi,
sed favet magis tropica dicendi ratio, qua ναὸς
dicitur *corpus humanum*, maxime eius, qui ani-
mo est sancto, cui ipsum Dei πνεῦμα inhabitat.
Quod cum saepius iam demonstratum sit a viris
doctis, (*d*) non est, quod post praeclaros eorum
labores denuo demonstrem. Notissimus est hac
in re Paulli locus 1 Cor. VI. 19. Quo in loco
si Christianorum corpora honorifico illo τοῦ ναοῦ
nomine digna iudicantur, quanto maiore iure ip-
se Christus suum corpus ναὸν dicere potuit!
Neque id ipse negare sustinuit Eckermannus,

p. 58.

Porro Iesum mortem suam et in vitam redi-
tum his dictis indicasse, egregie confirmatur
consueta eius agendi ratione. Rogatus enim
ab Iudeis, ut divinam suam legationem σημεῖο
probaret, Iesus ad mortem suam et in vitam re-
ditum provocare fere solebat. Vid. Matth. XII:
38. sqq. (*e*) XVI: 1 et 4. Frustra enim nega-

(*d*) Conf. imprimis Reinhardi Diss. laud. p. 4.
ubi illud dicendi genus tropicum, et ex auctoribus profa-
nis, et ex Ecclesiae patribus, q. d. probavit: et Kui-
nenoel. in Comm. suo ad nostrum 1.

(*e*) Huius loci cum nostro convenientiam ostendit
Borgerus, V. C. in Comm. de Euangelio Iohannis,
Part. I. p. 95-97.

ri, illum Matthaei locum esse genuinum, infra docebimus, frustraque negari ab Henckio l*i*. p. 11. eum cum nostro posse comparari, quoniam apud Mattheum ipse Jesus verba sua interpretatur, hic vero Iohannes, vix est, quod moneam, post ea, quae modo disputata sunt.

At, inquiunt qui a nobis dissentiunt, qui potuit Iesu, salvo boni ac prudentis doctoris persona, de eventu tam praeclaro tam obscure loqui, ut, non dicam populus, sed ne discipuli quidem intelligere eum potuerint? Neque enim gestu aliquo corpus suum indicasse putandus est: quod tamen facere eum oportuisset, si, et tunc voluerit, et postea umquam potuerit ita intelligi, ut vulgo eum intellectum volunt. Ita fere Eckermannus, p. 58. Henckius, p. 9. et Paulus, p. 166.

Concedimus, Iesum non ea gestus vultusque aperta significatione usum fuisse, qua cuique audienti dicentis mens facile perspiceretur. Quod si fecisset, litteris illud mandare Iohannes hactenquam neglecturus fuisse. Multa certe sunt Euangeli Iohannei loca, in quibus conspicua est accurata et observandi et scribendi ratio, minime indicia negligens manifesta, quibus Christus in dicendo usus fuit. E multis ut pauca se ligam, sufficiat memorasse c. VI: 5. (f) VIII:

6,

(f) Scio, illud ἐπέργα τοῦ ὄφθαλμοῦ ad Hebraeos solere referri, a summo etiam Ernestio, Opusc. Phil.

6, 8, coll. 10. XI: 29, 31. coll. 20. (g) XXIII.
 4, 24. XVII: 1. XX: 5, 11, 14. e quibus non
 nisi unum et alterum notavit Iohann. Dan.
 Schulzius, in libro: *der schriftstellerische
 Charakter und Werth des Johannes*, p. 226.
 Quae tamen omnia nondum nobis persuadent,
 nihil omnino Iesu oculis, vultu, habitu, gestu,
 indicatum fuisse, e quo intelligere potuerint di-
 ligentes contemplatores, eum, de τῷ νῷ destru-
 endo et instaurando dicentem, non templum in-
 dicare, in quo haec gererentur. Multo vero mi-
 nus cōficesserim, ita comparatam fuisse Iesu pro-
 nunciationem et actionem, ut intelligi neque vo-
 luerit, nec potuerit.

Concedimus eum, non valde perspicuo, aenig-
 matico dicendi genere, usum fuisse. At vero
 in eo ipso divinam eius sapientiam admiramur.

Ita

Phil. Crit. p. 204. Sed ea de re nondum persuaſum
 mihi est. Certe in loco cap. XVII: 1. manifesto
 quaedam iis emphasis inesse videtur. Deinde illud et
 iam Iohanni proprium videtur, saltē non tam saepē
 apud ceteros illud invenies.

(g) In hoc loco vide quaeſo accuratissimam illam
 ſcribendi rationem. Martha ἵθηται τῷ Ἰησῷ, non
 ſedet, at Maria ἐν τῷ οἴκῳ ἵθηται, f. 20. ἴγερται τοῦ
 τῷ, f. 29. ἀνίση ταχίως, f. 31. Scilicet Martha ad do-
 mesticum opus iam erat reversa; Mariam vero vide-
 mus lugetem, ſedentem, triftitia correptam; at,
 audito Iesu adventu, e triftitia sua, veluti e ſomno,
 ſubito expergefactam, ad Iesum confugientem.

Ita enim *et* adversariis silentium imposuit, *et* auditoribus veri studiosis praebuit, in quo ingenii acuendi copiam haberent, *et* denique vanas perversasque Iudeorum de Messia opiniones, non aperte quidem, at teete tamen, refutavit (*h*). Quodsi Iudeorum Proceribus suam pallam professus fuisset sententiam, eorum odium in se concitaturus fuisset. Neque tamen tam obscure dixit et ambigue, ut *aut* comparari eius verba possint cum profanorum Sacerdotum aenigmatibus, *aut* nullâ tandem ratione mentem eius assequi potuerint auditores. Quae cl. Pauli iniusta sententia est, p. 166, 168. Etenim, hoc dictum aenigmaticum ab ambiguitate alienum fuit, quandoquidem nihil significare potuit homine sapiente dignum, nisi id ipsum, quod in mente habuit Christus. Nequaquam vero probari potest e sect. 22. discipulos magistri mentem plane non cepisse. At animum inducere non poterant, hanc Iesu dicto subesse sententiam, cùm suis opinionibus adeo pugnantem. Itaque eius verba non credebant. Postquam vero in vitam redierat, ἐπιτευσαν τῷ λόγῳ, ὡς εἶπεν ὁ Ἰητοῦς, cui anteā, quamquam intellecto, fidem tamen negaverant (*i*). Quodsi vero discipuli Iesu verba

(*h*) Vid. Reinhardus, l. l. p. 15. qui conferrit iubet Chrysostomum, in Ioh. Hom. xxii.

(*i*) Vid. Süskind, *Einige bemerkungen in beziehung*

non intellexissent, Iohannes scripturus fuisse videtur, s. 22. τοῦτο δὲ (i. e. Iesum de templo corporis sui locutum fuisse, s. 21.) οὐκ ἔγνωσαν οἱ μάθηται αὐτοῦ τὸ πρῶτον ἀλλὰ ὅτε ἤγέρθη ἐκ νεκρῶν τότε ἐμνήσθησαν, n. τ. λ. sicut alibi fere scribi c. XII: 16. Conf. et XIII: 28.

At, de Iudeis quid dicendum erit, quorum responsum, sect. 20. docere videtur, Christi verba ab iis haudquam fuisse intellecta? Equidem nolo asserere, Iudeos ea intellexisse: idem vero mihi persuadeo, erroris causam, si error iste dicendus sit, praecipue in perverso eorum animo quaerendam esse. Scilicet istud illorum responsum desiderium prodit Iesum irridendi. Quam enim verbis eius tribuebant significationem, eam veram esse, nec suspicari potuerunt, nec vero etiam suspicati sunt. Qui enim paullo ante templum purgaverat, illudque Patris sui domum dixerat, num ille templum illud destruendum ac triduo instaurandum diceret? Qui paullo ante tam hororifice de templo dixerat, num mox cum contentu de eo loqui posset? Quod vero nulla cum ratione suspicari potuerunt, id suspicatos eos esse, similiter negare ausim. Etenim, quod miror fugisse Interpretes,

hung auf die Frage: ob J. seine Auferstehung bestimmt vorhergesagt habe? in Flattis Magaz für Chr. Dogm. und Moral. Part. VII. p. 212, 213. n. 29.

tes, si re vera putarent, verba Iesu proprie de templo Hierosolymitanos accipienda esse, quae-nam quae-^o causa fuit; quare, hoc ipso tempo-re, eum non accusarent templi profanati contem-taeque religionis? At nihil quicquam dicunt, e quo colligas, Iesum in huius criminis suspicio-nem apud eos venisse. Scilicet persuasum iis erat, Iesu verba non proprie de templo Hierosolymi-tano accipienda esse. Atque in eadem suisse opinione sumnum sacerdotem, probari posse mihi quidem videtur ex eius agendi ratione, Matth. XXVI: 63, et Marc. XIV: 60. Scilicet cum duo calumniatores ex hoc Christi dicto an-sam caperent, ei crimen gravi poena dignum obiiciendi, Caiaphas iste surgit, eum interrogans, num habeat, quod respondeat. Iesus vero ta-eet. Quid tum ille? Num iam condemnat-^o reum? Haud ita: nimirum potius illam accusatio-nem. Adeo persuasum ei est, verba Iesu haud ita accipienda esse. Quid? quod ipsi Iudeorum proceres, post Iesu mortem, haec aliaque eiusmo-di verba, de eius reditu in vitam atque adeo et de morte, intellexerint: docente Mattheo, XXVII: 63. Nulla enim est causa, quare cum Hes-sio, in libro: *Gesch. Iesu*, Tom. II. p. 484. 485. et *Lehre, Thaten und Schicksale unsers Herrn*, Part. II. p. 516, 535 - 538. statuimus, hanc Iesu vaticinationem iis a Iuda proditore relatam fuisse.

Probata igitur vulgari sententia, et diffiulta-

ti-

tibus, quibus premi ea videtur, sublatis, aliorum opiniones breviter refutemus.

Ac primum quidem contradicendum est iis, qui τὸν ναὸν a Iudeis forte destruendum, a Christo instaurandum, proprie de templo Hierosolymitano intelligi volunt. Ita Fr. Car. Forbergius, in *Animad. in loca selecta N. T.* Spec. I. a. 1797. (referente Süskindio, in Flattii Horreo (*Magazin*) Vol. VII. p. 213. n. 29.) hanc Iesu dictis tribuens sententiam: *wenn ihr erst dieses Tempelgebäude abbrechen wollt, so will ich es in drei Tagen wieder aufbauen, und somit unter jener Bedingung das geforderte wunder thun.* Sed, ut recte contra eum monuit Süskindius, huic opinioni non tantum opponi potest Iohannis interpretatio, quae contra cunctas ab ea diversas sententias iure merito afferri potest; sed etiam tum Iesu dignitas et in dicendo gravitas plane desiderantur.

Nec potuit Conservator noster eo tempore eiusmodi quid de templo dicere. „Si enim,” ut recte inquit Borgerus, Vir Cl. lib. I. p. 81. sqq. omnino conferendus, „verba Jesu apud Joannem proprie de templo Hierosolymitano intelligi debeant, eodem tempore, quo rebus hominibusque profanis exturbandis templi sanctitatem vindicavit, eandem verbis temperaverit. Quod cum per se minime proba-

20 MUSCIMEN INAUGURALE

bile est, tum abhorret a consuetudine Servatoris, qui et alias, et muneric praesertim initio, de templo rebusque Judaicis reverentissime loqui solebat. Cf. Matth. V: 35. XXIII: 16. sqq. Estne verisimile, Jesum, cum nulla adhuc auctoritate valeret, tantopere offendere voluisse Iudeos?" Neque enim ex Iudeorum responso s. 20, apparet, eandem verborum suisse invidiam, ac si proprio de templo fuisset locutus. Nam, ut supra a nobis demonstratum est, et scire potuerunt, et vero etiam sciverunt, Iesu verba tropice intelligenda esse.

Atque hoc probari etiam potest, ex Matth. XXVI: 63. Marc. XIV: 61, ubi Iesus ad τὴν φευδομέρτυραν tacuisse dicitur. Cuius silentii causa in eo videtur quaerenda, quod satis manifesta esset calumnia, ipso etiam Caiapha iudice. Scilicet, cum Iesus dixisset: *destruite hoc templum, οἱ φευδομέρτυρες eum dixisse testantur: ego destruam, h. c. destruere possum hoc templum et aliud condam.* Haec autem diversitas, ut recte iterum Borgerus, *Comm. Ioh.* p. 85. sqq., admodum exigui erat momenti, si Jesus apud Johannem proprio de templo Hierosolymitanjo locutus est. Si enim Servator verba sua proprio intelligi voluit, ad miraculi magnitudinem nihil intererat, ipsene an Iudei templum diruerent. Nam, qui tantum aedificium tam brevi tempore exstruere posset, minime erat

erat mirandum, si idem posset demoliri. Itaque, quod discriminem inter verba Iesu et illorum hominum testimonium intercedebat, non profecto erat tanti, ut propterea illud testimonium *falsum* dici deberet. Sive enim Jesus tempulum a se, sive ab aliis, dirutum se restitetur triduo, dixisset, manebat idem crimen, templi contemptus. Quid? quod ille contemptus non tam in demolitione quam in subitaria exstructione", et alterius quidem templi non humana arte faci, atque adeo praestantioris, „cernebatur". Verum „, quae diversitas *nihil* fuisse futura, si Servator *proprie* de templo locutus fuisse, eadem erat *gravissimi momenti*, si verba sua *impropri*e intelligi voluit". Haec ille. Neque est quod, post Borgeri diligentiam, quicquam addam, ad *primam*, de qua dixi, παρεπηγελαι refutandam.

Altera eorum est, qui τὸν νῦν a Christo restituendum de *religionis instituto* intellectum volunt, unde haec oriatur sententia: *diruite hoc templum, utinamque iam sublatum esset hoc probrum et melioris disciplinae obstaculum!* triduanum opus erit mihi, novum, immo sanctius aliquanto, reponere. Vel: dum tantopere de honestatis aedem vestram sacram, vel certe patienter sustinetis tantum dedecus, potius evertite totam; quicquid enim superest hic vere congruum, et quicquid cause, propter quam exstructum est

temp.

templum, conveniens hic adhuc peragi video, ei profecto suffeturum erat aedificium triduo facile absolvendum, cui vel ipse operam impansamque meam praeberem. Ita certe Henckius et Gablerus, locis supra p. 9. laudatis. Anonymus, in Eichh. Biblioth. VII. 1047. suam sententiam his tradit verbis: *Iesus wollte sich — als den Reformator des jüdischen Gottesdiensts ankündigen.* Quae vero interpretatio nullo modo ferri potest. Christus enim eundem illum ναὸν, quem destructuri erant Iudei, a se restitutum iri dicit: illi vero interpretes ipsius verbis hunc substituunt sensum: *destruite hoc templum (hanc aedem sacram), ego illud (novam religionis formam, vel aliam aediculam) condam.* Itaque non ipsum illum ναὸν (αὐτὸν), sed alium (ἄλλον) conditurus suisset Christus, ex eorum sententia. Neque ista sententia convenit cum addito ἐν τρισὶν ἡμέραις. Hoc enim si vel indefinite dictum putas, sumendum tamen erit de brevi tempore, quo nova illa religionis forma in veteris locum esset substituenda. Quod tamen tanta celeritate, nec factum, neque alibi a Christo promissum est. Sed nolo huic contortae expositioni refutandae diutius inhaerere. Remittere lectorem liceat ad Storrii diatriben: *hat Iesus seine wunder für einen Beweis seiner Göttlichen sendung erklärt?* in Flattii Mag. IV. p. 198, 199. n. 3. porro ad C. C. Flattii, *Disf.*

Disf laud. a Kui noelio, ipsumque Kuinoe, lium ad h. l. Conferri etiam poterit Henr. Matth. Aug. Crameri, *Specimen animadversionum in locum Ioh. II: 19.* in Pottii Syll. Comm. P. II. p. 22-35. qui tamen, in referenda Henckii sententia, vehementer errat. Add. Möller, *Disf.* in Opp. Societ. Hagan. 1800. pag. 130. sq. et Clarisse, ibid., pag. 220. sq.

Desino in sententia Pauli, Theologi, antea Ienensis, nunc Heidelbergensis, quam primum proposuisse videtur in *Novo Diario Theol.* (Germ. *Neues Theol. Journ.*) a. 1797. p. 1075. deinde magis ornavit in *Commentario* Germ. ed. 1. 1. Hic igitur τὸν νῦν indicare putat, non templum ipsum, sed templi cultusque divini in eo administrationem. Unde haec prodeat sententia: *tollite totam hanc templi administrationem, ego brevi novam instituam.* Quae quidem interpretatio non male cohaeret cum eo orationis contextu, quem sibi finxit Pauli ingenium. Si vero Iudeorum verba τὴν μετονομάσας &c. non ex eius, sed e nostra sententia interpretanda sunt, ut supra probavimus; nulla profecto erit orationis cohaerentia. Praeterea ea vocis νῦν significatio ne ullo quidem probari potest exemplo. Neque tunc totum sumitur, ut dicit Paulus, 1. 1. p. 176. pro parte. Templi enim administratio non est pars

partem templi; sed sit in templo, est aliquid acci-
dens templo. Denique nec haec sententia con-
venit cum pronomine *αὐτόν*. Etenim, quae dis-
solvenda, eadem et instauranda tum foret templi
administratio: id quod modo in Henckii ra-
tionem iam animadvertisimus.

Io h. III: 14.

coll. c. VIII: 28. et XII: 32.

Eodem illo Paschalis festi tempore, quo Ies-
sus templo eiecerat mercaturam facientes, noc-
tu eum adit Nicodemus, unus ex Iudeorum
principibus, Phariseorum sectae addictus. Col-
loquium cum Iesu ineuntem, discendi, ut vi-
detur, cupidum, Servator noster inter alia hoc
docet: *καθὼς μωσῆς ὑψωτε τὸν ὄφιν ἐν τῷ ἔρη-
μῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν νίδν τοῦ ἀνθρώπου*
κ. τ. λ. Quod quidem dictum alii aliter inter-
pretantur: plerique autem contineri eo putant
vaticinationem supplicii, quo futurum erat, ut
ipse in crucem actus eveheretur in altum.

Et profecto haec eorum sententia bene con-
venit cum verbi *ὑψωθῆναι* significatione. Est
enim *ὑψωθῆναι extolli*, *in altum evehi*, quod
recte dicitur de eo, qui cruci figitur. Ceter-
rum de hoc verbo, vid. Lampe, v. Her-
werden, Kuinoel, in *Comm. ad 1. et*
Schleus.

Schleusner in *Lex. ad voc.* Quin et ista sententia simplicitate sua quam maxime se commendat. Simplex autem, ut proverbium ait, veri sigillum est. Quis enim est, cui nullis occaecato opinionibus temere suscepis, simpliciterque Christi verba legenti, non statim haec placere possit opinio? Quis est, qui secum reputans historiam Israëlitarum, quam Iesu innuit, non statim in animum fibi inducat, Servatorem nostrum hic mortis suae modum praesignificasse? Scilicet utitur imagine, desumptâ illâ a serpente aeneo, quem Moses palo affixum extulerat in deserto, et affirmat, eodem et se extollendum esse modo. Quae cum ita sint, quid quaeso simplicius est et verius, quam vulgaris opinio, Iesum hîc et cogitasse et praesignificasse suam in crucem sublationem? (k) Porro huic interpretationi contexta oratio tantum non repugnat, ut et favere videatur. Scilicet Servator locutus fuerat de regeneratione, de vera illa animi mutatione, sine qua nemo regni Messiani civis esse posse. Quod cum Nicodemus, de unoquoque, Iudeis aequa ac pro-

(k) Vid. C. C. Flatt, lässt sich die Ueberzeugung Jesu von der gewissheit und moralischen Nothwendigkeit seines frühen Todes, aus einem rationalistischen gesichtspunkt betrachten? in Süskindii Mag. P. XII.

P. 3. — *Die Ueberzeugung Jesu von der gewissheit und moralischen Nothwendigkeit seines frühen Todes, aus einem rationalistischen gesichtspunkt betrachten?*

profanis dictum, nec intelligere posset, nec credere, sic ei respondet Iesus: *si τὰ ἐπίλεια dixi vobis, nec creditis, quomodo si dico vobis τὰ ἐπουράνια fidem mihi habebitis?* Tὰ ἐπίλεια autem et τὰ ἐπουράνια quid sint, difficile dictu est. Alii explicant aliter. Varias sententias vide apud Börgerum in *Comm. laud.*, in *Ioann.* p. I. p. 165. seqq.; cui cum datarum explicationum nulla placeret, ipse novam excogitavit. Putat igitur voce τὰ ἐπίλεια parabolas Iesu significari, non illas quidem, quibus Servatorem, cum oppidum Nain adierit, in itinere usum fuisse, constat, *Luc.* VIII: 4. seqq. *Matth.* XIII. negat enim, quod Hugius putat, *Einl.* II. p. 160. illud iter idem fuisse cum eo, quo Iesus tenderet Hierosolymam, ad festum Paschatis agendum, quod memoretur *Ioh.* II.; sed illas, quibus in hoc ipso Paschatis festo usus fuerit; nullum enim dubium esse, quin in hoc ipso festo suam consuetudinem utendi parabolico docendi genere, tenuerit. Locum igitur sic explicat: *si mihi fidem non habetis, cum doctrinam meam rebus ex vita communi petitis, illustrare soleo, quomodo tandem fidem habueritis, cum res coelestes, ita ut sunt, sine parabolis vobis exposuero?* vid. *laud. Comm.* p. 170. seqq. dicitque in *Additam.* p. 180. se prope abesse, quin voce ἐπουράνια, huius ipsius sermonis argumentum, nempe regenerationem ἐξ ὅδων καὶ πνεύματος, intelligi putet. Sed, venia cl.

viri dictum sit, nonnulla tamen videntur huic sententiae opponi posse. Etenim ista τῶν ἐπίγεων et τῶν ἐπουράνων disiunctio facit, ut res diversas diversaeque indolis cogitemus. Huius vero disiunctionis vis perire videtur, asumpta Borgeri sententia. Tunc enim vocibus τὰ ἐπίγεια et τὰ ἐπουράνια eadem res, eadem doctrina significaretur, diversā tantum formā proposita, atque adeo coeleste illud, non in ipsa rerum indole, sed in eo tantum quaerendum esset, quod sine parabolis (ἄνευ παροιμίας) exponerentur. Deinde, si voce ἐπουράνια huius ipsius sermonis argumentum, nempe regenerationis οὐδατος καὶ πνεύματος, intelligendum sit, equidem non video, qui potuerit Iesus de hoc ipso arguento Nicodemo dicere, s. 10. σὺ εἶ δὲ διδάσκαλος τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ΤΑΤΤΑ οὗ γινώσκει; nec percipio, quare s. 12. dicat: πᾶς, ἐὰν εἴπω ἕντες τὰ ἐπουράνια, πιστεύσετε; ita ut de rebus coelestibus nondum locutus fuisse videatur. De regeneratione igitur οὐδατος καὶ πνεύματος cum dixerat in antecedentibus, voce ἐπουράνια haudquam illa indicari potuit. Itaque in ea persevero sententia, τὰ ἐπίγεια significare *res*, doctrinas faciliores intellectu, et hoc quidem loco nominatim veram illam animi mutationem, regenerationem illam οὐδατος καὶ πνεύματος, de qua Servator iam locutus fuerat. Neque obstat huic opinioni, quod putat Borger, l. l. p. 168. illa ἀπίστας Pharisaicae reprehensio, s. tr.

quam

quam recte dicit non unice pertinere ad hoc cum Nicodemo colloquium , sed vim universalem habere , et referendam esse ad Phariseorum per- vicaciam , quā alio iam tempore ac saepius Ser- vator offensus fuisse. Scilicet coniicio , dixisse Iesum in hoc ipso Paschatis festo , de vera illa animi mutatione , audientibus et improbantibus Phariseis , adstante forte et Nicodemo , dicta Iesu non percipiente (1). Neque improbabili- lem quis dieat hanc conjecturam. Iusta enim causa erat , et Iesu , de hoc argumento di- cendi , cum templum sordibus impletum videret et purgaret , et Iohanni , Iesu dicta omittendi , quoniam idem argumentum in colloquio eius cum Nicodemo redditum erat. Voce autem ἐπουράνια intelligendas puto res , doctrinas diffi- ciliores intellectu non nisi in coelo cognitas , et hoc quidem loco nominatim eas , quas , in sequentibus , Servator noster exponit. Itaque ad illa ἐπουρά- νια , res difficiliores intellectu , et ea pertinent , quae de θυσει sua dicit Iesus , s. 14. Quae si intelligamus de Iesu crucifixione , optime proce- dit et cohaeret contextus orationis. Si quae enim alia res , haec profecto Iudeis difficillima erat intellectu , quippe qui Messiam sibi propo- nebant , tamquam regem terrestrem , illustrem , maximo cum splendore regnantem , omnium Ju- dae-

(1) Si vera sit haec mea conjectura , universum hoc colloquium inde lucem accipit ; in primis autem sec- tio 3.

HERMENEUTICO-THEOLOGICUM. 29

daeorum hostium aggressorem ac debellatorem, vitamque semper hac in terra degentem, vid. Ioh. XII: 34. quorum igitur opinionibus violentia Messiae mors et crucifixio quam maxime repugnarent, unde et Paullus Ap. Messiae crucem Iudeis offensioni fuisse dicit. Conf. Seiler, *über die Göttl. Offenb., welche Jesus und seine Gesandten empfangen haben*, Vol. II. p. 109-112, et p. 117-120. et Kuinoelius, ad l. Tandem consueta Iesu dicendi ratio vulgarem illam interpretationem, quâ Iesus nostro loco crucifixionem suam indicasse dicatur, confirmat. Saepius enim de ea ita locutus fuit. Sic c. VIII: 28. Iudeos allocutus, ὅταν ὑψώσῃτε, inquit, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου κ. τ. λ. Quod haudquaquam verti potest cum Paulo, in *Comm. ad h. l.* p. 437, 438.: „cum primum me, hunc hominem, magni aesti-„maveritis tum agnosceris id; quod vere sum”. Id enim, quid quaeſo aliud significat, quam hoc: „quum me Mesiam agnoveritis, tum agnos-„cetis, me Mesiam esse?” Sed intelligendum illud est de Iesu crucifixione, quam subsecutum erat id, quod addit Iesus: τέτε γνώσεσθε, ὅτι ἐγώ εἰμι &c. De morte sua tum cogitasse Iesum, contexta probat oratio. Vid. sect. 20, 21, 22 et 37. Eodem modo c. XII: 32. crucifixionis suae mentionem facit. Καὶ γὰρ ἐὰν ὑψωθεῖ τῆς γῆς, πάντας ἐλιύσω πρὸς ἐμαυτόν. Quae ut de crucifixione Iesu dicta putemus, nobis suadet addita Iohannis interpretatio, dicentis,

f. 33: τοῦτο δὲ ἔλεγε, σημαίνων, πολὺ θαύμα
μετέλλεν ἀποθυήσκειν. Deinde Iudeorum respon-
sum, f. 34. ostendit, se Iesu verba de morte
eius intellexisse et explicasse, cum denique ora-
tionis contextus nos doceat, illum mortem suam
violentam tunc ante oculos habuisse, vid. f.
23-28, 31, 35 et 36. Vulgarem denique Ser-
vatoris dicti, Ioh. III: 14. interpretationem con-
firmant ea, quae de consilio ὑψώσεως suaē addi-
ta leguntur, f. 15. ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν
μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἐξηγήσων αἰώνιον. Cum enim
constans Iesu et Apostolorum doctrina illud con-
silium Servatoris morti tribuat, atque huic mor-
ti vitam nos debere, Novi F. Scriptores semper
et ubique dicant, admodum probabile est, Ser-
vatoris dictum de ὑψώσει sua, nostro etiam in
loco, de morte, et de crucifixione eius intel-
ligendum esse. Sic enim cum universa novi
Foederis doctrina illud optime convenit et con-
spirat.

Nec quicquam valet, ad vulgarem interpreta-
tionem reiiciendam, argumentum, a Paulo,
I. I. p. 200. ex eo desumptum, quod vaticinatio
crucifixionis Iesu haudquaquam potuerit inservire
commovendo et adducendo Pharisaicum, ad dignita-
tem Messianam agnoscendam, sed alia omnia effec-
tetur sicut fuerit, neque ullam vaticinatio tam aenigma-
tica praebitura fuerit utilitatem. Quamvis enim
Nicodemus rem, opinionibus suis tam opposi-
tam, tunc nondum perciperet, eius tamen praed-
dic-

dictio valde utilis esse potuit. „Praeparabatur eā,” ut recte Kuinoelius, ad h. I. „ad illa, quae eventura erant; post Iesu mortem atque in vitam redditum huius effati recordabatur, et clarior cognitionis lux ei affulgebatur”. Locutus igitur Iesus fuit admodum prudenter, sapientiaque eius nos quidem admiramus. Tantum enim dixit, neque modo, ut hac sua vaticinatione, et Nicodemum a se non alienaret, et vero etiam fidem eius confirmaret, praesignificatā re eventu comprobata.

Repudianda igitur interpretatio est, quam Paulus proponit *Comm. IV. I. p. 199:* „ut tum, corporeae vitae servanda causa, ille serpens in altum tollebatur, omniumque oculis exponebatur, ita vitae, quae animo vivitur, servanda et augendae causa, homo Iesus, sensu spirituali in altum tollendus, ut magnus Doctor, populo conspiciendus est.” *Primum* enim isti verbi ἀφωθῆναι significationi plane repugnat Iudeorum responsum, c. XII: 34. opponentium illud τῷ μένειν εἰς τὸν αἰῶνα. Deinde omnis comparationis vis tum perit, neque ulla causa est, quare Iesus ab isto serpente pale affixo et in altum evecto, similitudinem sumferit. Illud si voluisse, quod Paulo videtur, certissime similitudinem sumiturus fuisse, et rectius quidem, ab homine primum abiecto, deinde magni aestimato, cuiusmodi exempla V. T. historia ei praebebat quam plurima. *Postro*, ut rec-

recte iam animadvertisit Flattius, in *Symb. ad illustr. grayiora quaedam dicta in Euang. Joh.* p. I. p. 10. ref. Kuinoelio; in *Comm. ad h. I.*: „ si Christus nihil aliud quam hoc dicere „ voluisse, nec alias Nicodemo se offerre posse tuisset, nisi in universum hic sensus, quid „ novi et inauditi Christus Nicodemo dixisset? ” Nihil certe, atque adeo denique, assumta Pauli sententia, nulla excogitari posset causa, quare Iesus tam obscure locutus fuerit.

Neque assentiri possum Forbergio, qui, in *Spec. Animady. laud.* (ref. Censore eius in *N. Theol. Journ.* ed. ab Ammonio, Hænlinio et Paulo, Vol. X. p. 1078 seqq.) verbum ὑψωθῆναι de morte tantum intelligi vult; nec Bezae, Lampi aliorumque placet opinio, qui verbum ὑψωθῆναι, non tantum de crucifixione Iesu, sed et de eius in coelum adscensu sumendum esse putant. Utrique enim interpretationi serpentis imago, posteriori vero orationis etiam contextus, repugnat. De suo enim in coelum abitu iam dixerat, sect. 13. Vid. v. Herweden, ad h. I. Ad quam coelestem gloriam non perventurus erat, nisi ὑψωθεις, i. e. crucifixus. Porro, qui posteriorem propugnant sententiam, frustra provocant ad Joh. XII: 32, quo in loco utramque sublationem a Servatore putant coniungi. At vero illud πάντας ἐλύσει πρὸς ἐμαυτὸν, ut et τότε γνώσθε, ὅτι ἔγώ εἰμι, c. VIII: 28, nihil aliud sunt, quam consecutio- nes,

nes, quarum causa et veluti fundamentum erat in Iesu crucifixione. Vid. v. Herwerden, in *Comm.* ad h. l. Nec quicquam valent, ad istam opinionem confirmandam, loca, quae ex Act. Apost. afferuntur, c. II: 33. et c. V: 31. His enim in locis, ut recte observat Kui norellius, ad n. l. additum legitur τῷ δεξιῷ τοῦ θεοῦ. Ex disputationis sequitur, Iesum et hoc loco violentiam suam mortem, quin et modum eius praesignificasse. Vix enim est, quod referamus Wettii opinionem, qui, in *Comm.* laud. p. 89. et 90. n. 198. Iohannem huic Iesu cum Nicodemo colloquio interfuisse negat, et statuit, eum post Iesu mortem e Nicodemo rem audivisse, tuim vero Iesu verba, vel a Nicodemo ipso, vel ab Iohanne, ex post factis falso explicata fuisse. Quia in assumptione multa certe ponuntur, quae probanda erant, e. c. Nicodemum noctu Iesum adiisse ex Iudeorum metu, atque adeo hanc ob causam omnes testes remotos fuisse; discipulos saepius ab eiusmodi congressibus cum clandestinis Iesu amicis seclusos fuisse; quod frustra probare conatur Wettius, ex narratione de Christi in monte transfiguratione et ex Ioh. XII: 42. XIX: 38. Itaque istam Wettii sententiam Censor eius in Bengelii, *Archiv.*, Tom. I. p. 53. merito arbitriariam dixit et reiecit, recte etiam animadvertisens, dictum Iesu tam singulari et propria esse indole, ut vel hanc

ob causam putari vix possit, qui potuerit a Nicodemum, vel Iohanne ex cogitari, aut mutari.

Ad hanc questionem non solum Ioh. VI: 51 seqq.

sed etiam illa postmodum fides.

Magna hominum multitudo, cui Iesus mirissem praebuerat alimentum, secuta eum fuerat, iterum, ut videtur, cibum ab eo exoptans. Itaque hos homines Servator noster adhortatur, ut ne cibum quaererent pereuntem, sed manentem illum in aeternam vitam. Quem cum desiderare se dicerent, iis respondit Iesus: ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς, *Isect. 35.* et ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, *sect. 51.* h. e. qui ipse vivit, atque adeo et ζωποίων. (Vid. Stronckii, *Disf. de doctrina et dictione Iohannis Apostoli ad Iesu magistri doctrinam distinctionemque exactie composita.* Traj. ad Rhen. 1797. et Donker Curtius, *Disf. de Apocalypsi ab indole, doctrina et scriptibili genere Iohannis Apostoli non abhorrente,* ibid. 1799.) Est autem ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ex plurimorum sententia, doctrina Iesu. Ita illud interpretantur inter alios Grotius ad sect. 51. *Anonymus* in Eichbi Bibl. laud. Vol. VII. p. 1004. 1006. et Paulus, in *Comm. ad h. l.* Cui interpretationi sive videtur metaphorae usus apud Scriptores Iudaicos, qui doctrinam dicere solent panem, docente Lightfooto, in *Hor. Hebr.* ad h. l. At praeferenda tamen videtur eorum opinio, qui voce ὁ ἄρτος universe intelligi volunt quod de

ris

vis bonum, quod Servator noster hominibus praebitus erat. Vid. Tittmannus, in *Comm. ad sect. 35.* p. 254 seqq. Quodnam autem bonum hoc nominatum loco intelligendum sit, ipse Iesus deinceps declarat: *καὶ ὁ ἀρτος δὲ (m), ὃν ἔγὼ δάσω, οὐ σάρξ μου ἐστιν, οὐ δὲ ἔγὼ δάσω (n) ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς, et sect. 53. ἐὰν μὴ Φάγυτε τὸν σάρκα τοῦ νιοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίντε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν εἰς ἑαυτοῖς.*

Quibus verbis mihi quidem persuasum est, Iesum mortem suam violentam praesignificasse. Etenim formulae istae: *edere carnem*, vel *corpus* (σάρξ enim, ut Hebr. 12⁷ saepius dici pro *τάπα*, notum est,) et *bibere sanguinem*, necessario ponunt et involvunt corporis et sanguinis sejunctionem, eamque violentam. Deinde dicit Iesus, se carnem illam *daturum esse*, δάσω ex quo sequitur, illum tunc temporis nondum dedisse corpus suum edendum. Praeterea verbum δίδοντι saepissime ab Iesu et de eo ita usurpatur, ut ista *in mortem tradendi significatio*

CO-

(m) *Καὶ οὐ.* Haec dicendi formula consueta Iesu et Iohanni est. Vid. Stronckii, *Diss. laud.* p. 241. Videtur mihi plane respondere nostro *en nu.*

(n) Verba οὐ ἔγὼ δάσω, in nonnullis codd. et a Pa-
tribus quibusdam Ecclesiae, omittuntur. Potuerunt
et facile omitti ob praecedentia similia: οὐ ἔγὼ δάσω.

cogitatione addenda sit: quod et nostro in loco faciendum esse putem. Vid. C. C. Flatt, *Disquis.* laud. inserta in Sūskindii *Mag.* P. XII. p. 3 sqq. et loca a Schleusnero allata in *Lex.* ad voc. n. 3, qui tamen cum aliis huc referendum esse negat Ioh. III: 16. ubi ἔδωκε idem esse putat cum ἀπεισάλκειν, i Ioh. IV: 9. Atque ita et Stronckius, *Diss.* laud. p. 32. non immerito ex huius loci collatione illud effici dicit. Animadvertis tamen velim, haec loca non plane similia esse. Illud enim ἀπεισάλκειν in i Ioh. ep. non nude ponitur, sed addito εἰς τὸν κόσμον. Ita et in Ioh. III: 16. verbo ἔδωκε addendum fuisse ὡτῷ nempe κόσμῳ. Vid. et Kuinoelius ad h. l. Deinde me retinent, quae modo, sect. 14. Servator dixerat de ὑψώσει sua. Vid. ipse Stronckius, l. l. Denique, si ἔδωκε sumatur pro πάρεδωκε, magis etiam convenit cum dicentis consilio, et augetur orationis vis. Iesus enim, vel si mavis, Iohannes, (alii enim huius, alii illius verba esse putant:) in eo est, ut stupendum Dei amorem erga mundum praedicet. Cuius amoris excellentia cum in eo praesertim conspicua foret, (aut, si Iohanni haec verba tribuas, fuerat,) quod filium suum morti traditurus esset, (aut tradidisset,) hanc imprimis, puto, Iesu aut Iohanni ante oculos versatam fuisse. Porro ex eo, quod corpus suum se daturum esse Iesus dieat,

iπερ

Σπέρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς, nostra sententia videtur confirmari. Haec duntaxat optime conveniunt cum universa N. F. doctrina, si Iesu dictum, de carne sua edenda, et sanguine suo bibendo, explicaveris de violenta eius morte. Solet enim fere salutaris ille effectus, ζωὴ illa, in N. F. Servatoris nostri morti adscribi. Conf. not. ad Ioh. III: 14. pag. 30. Tandem vulgaris nostri loci interpretatio cum rerum adiunctis, quae praeceserant, optime congruit, et cum consueta Iesu agendi ratione bene convenit. Scilicet, visto stupendo illo, quod Iesus ediderat, miraculo, universus populus tantam raptus fuerat in admirationem, ut omnes uno ore dicerent: *hic vere est Propheta ille venturus*, f. 14. Iam illud putabant adesse tempus, quo regnum suum Messias conditus, et, ceteris omnibus debellatis et subactis gentibus, suum populum ad summum honoris dignitatisque gradum evecturus erat. Non potest dici satis, quantum laetissimi huius temporis desiderium eorum animis insixum haeserit; quin eo usque iam illud processerat, ut regem eum creare, et ad regiam dignitatem eum vi evchere vellent, sect. 15. Cui perversae eorum de Messia opinioni tecte quidem et prudenter, at contradicendum tamen erat. Primum igitur secessit Iesus solus in montem, sect. 15. Haudquam enim sapienter egisset, si incitatae et tumultuofae huic turbae mox oblocutus fuisset.

Cum

Cum vero paulo post idem ad eum rediissent homines, sedatis iam eorum animis, Servator noster eos ita docet, atque ita suam instituit orationem, ut perversae isti opinioni tecte contradicat. Loquitur enim de carne sua edenda, ex sanguine suo bibendo. Quae si de violenta Iesu morte dicta sumantur, dicentis consilio et rerum adiunctis optime respondent; nec potuit melius perversae isti Iudeorum opinioni contradici, Conf. et Tittmannus, in *Comm.* p. 272. et 273. Et haec consueta Iesu agendi ratio erat, ut non tantum perversas de dignitate sua regia opiniones deprimeret, iisque contradiceret, sed etiam, ut mortis suae mentionem faceret. Locus hac in re nostro plane similis, habetur apud Matthaeum, c. XX: 20 - 28. Ut enim illic dual Zebedaei eiusque filii, ita et hic populus perversas de regia Messiae dignitate opiniones fovet; ut illic, ita et hic perversis his opinionibus Servator contradicit, perpersionum suarum, et violentae mortis mentionem faciens. Vid. et disp. ad illum 1. Denique vulgaris nostri loci interpretatio probatur etiam consueta Iesu dicens ratione. Eadem enim Servator noster figurata loquendi ratione usus est, in S. coena instituenda, ad mortem suam violentam indicandam, Matth. XXVI: 26 - 28. coll. Luc. XXII: 19, 20. ubi panem τὸ σῶμα (i. q. σῶμα) suum dicit, τὸ διδόμενον, quod morti traditur, et τὸ αἷμα suum Apostolis dat bibendum. Quamquam enim, nos-

nostro in loco, ad S. illum ritum respici negamus, (vid. Kuinoelius, ad n. l. et auctt. ab eo laudd., quibus add. Iac. Cappellus, in *Bibl. Crit.* et *Tittmannus*, in *Comm.* p. 276.) ex eo tamen effici potest, Iesum saepius eadem, quo nostro loco, ratione de violenta sua morte locutum fuisse. *Omnem enim dubitationem superat opinio, qua Iesum ibi violenter suam mortem indicasse statuatur.*

Superest, ut perversas nonnullorum opiniones refutemus.

Ac primum quidem de Wette, in *Comm.* laud. p. 90. n. 198. concedit, potuisse Iesum in hac oratione, seriori tempore habita, mortem suam praesignificare, et omnino significasse: haec autem praedictionem haberil putat in verbis, sect. 62. relatis; quae vero praecedunt, de sanguine bibendo et carne edenda, ea falso ab Evangelista ad mortem Iesu Christi tracta esse, persuasum habet. Verum haec posterior sententia arbitraria est, et ipsa dictorum Iesu indoles ei repugnat; nec potest vaticinatio de morte Iesu quaeri in verbis, sect. 62. relatis: haec enim eius in coelum adscensum spectant. Quod vero ad prius attinet, potuisse Iesum in hac oratione, quippe quae seriori tempore habita sit, mortem suam praesignificare, animadvertisendum est, hanc Iesum habuisse orationem ante secundum ab ineunte suo munere Paschatis festum; (conf. sect. 4. atque adeo cum satis mature, annum, cer-

40. MUSICA
SPECIMEN INAUGURALE

certe antequam necatus fuerit, hanc edidisse vaticinationem.

Reiicienda etiam Pauli opinio est, qui, in *Comm. ad I. p. 354.* prius sect. 51. membrum ad spiritum Iesu divinum, posterius ad corpus, quod non ut spiritus eius e coelo erat, et ad Iesum hominem hac in terra degentem, referendum esse putat, atque ita locum interpretatur: „ego, quoad e coelo descendii, (i. e. quoad „spiritum meum, qui e coelo venit) vere ci- „bus sum. Qui ita me vescitur (spiritum me- „um, eiusque de voluntate Dei doctrinam re- „cipit) vera et aeterna fruietur vita. Sed et „caro mea (i. e. terrestris etiam vita mea, il- „lud etiam, quod, cum homo fierem, demum „factus sum) cibus est hominibus ad vitam, „quem dare volo. (omnis etiam mea agendi „ratio humana ab hominibus in suum commo- „dum accipienda est, et adhibenda.”) Itaque Φαγεῖν τὸν σάρκα τοῦ νιοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πι- εῖν αὐτοῦ τὸ αἷμα, ex eius sententia, significat: *Iesu homine frui*, quandoquidem etiam Rabbi- nis *caro et sanguis* saepe dicuntur pro *homine*. At vero haec Pauli sententia contorta est et falsa. Ista enim distinctio, quam facit inter Ie- sum τὸν καταβάντα ἐν τοῦ οὐρανοῦ, et Iesum hac in terra degentem, perversa nititur interpretatio- ne formulae καὶ δὲ, quae non significat, quod Paulus vult (p. 354.) und aber auch, sed, ut supra iam diximus, en nu, ut adeo verba καὶ δὲ

ἀρ-

$\delta\pi\tauος$ δὲ κ. τ. λ. non oppositionem, sed explicationem contineant eorum, quae praecedant: cibum illum, de quo dixerat, iam carnem suam esse affirmat Iesus. Praeterea obstat isti interpretationi futurum δώσω, quod Paulus quidem et ad praesens et ad futurum tempus refert: quo iure, ipse viderit. Conf. C. C. Flatt, ap. Kuinoel, ad l. Nec solet porro ita distingui et separari Iesu Christus δικαίωσης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, a Iesu hac in terra versante, ut recte idem Flattius, ibid. observat. Denique si vera esset Pauli interpretatio, Servator noster, de re non obscura, cuius et occultanda nullus causa erat, perobscure locutus fuisset, atque imprudenter offendisset et irritasset Iudeos, nulla tamen causa ad id inductus. Vid. Flatt, l. l.

Nec placet mihi interpretatio cuiusdam *Anonymi*, in Eichh. Bibl. laud. l. l. p. 1004-1006, qui voce διάπτος universe doctrinam significari putat, et voce διάρρη doctrinam de violentia Iesu morte intelligi vult, ut adeo verborum Iesu sensus, remota Allegoria, huc redeat: „ego „Doctor sum a Deo misus; qui se institui a „me curat, is fundamentum iacit felicitatis „sempiternae. Et ipsa doctrina de morte mea, „quam in mundi commodum subibo, pertinet „ad hanc institutionem”. Quae interpretatio si vel admittatur, habetur tamen hic vaticinatio

tio Iesu, de violenta sua morte; sed repugnat ei simplicitas, et contorta est. Conf. porro Tittmannus, in *Comm. ad n. l.*

Quae cum ita sint constat, Servatorem nostrum et hoc loco violentam suam mortem praesignificasse. Recte igitur Kuinoelius verborum Iesu sensum huc fere redire dicit: „eatus quoque ego animis vestris cibum et numerum praebebo, quatenus moriar, nec mem meam in usum vestrum convertite”.

Caeterum nimium hoc in loco quaerere mihi videtur van Herwerden, cum, in *Comm. in Ioh. Vol. III. p. 100.* et Iesu in vitam redditum hic indicari putet. Vult autem illud effici ex eo, quod Iesus carnem suam daturus erat edendam. Quod facere minime potuisset, si mortuus mansisset.

Ioh. VI: 70. coll. s. 64 et 71.

Non tantum ab inimicis suis dolore se affecatum iri, Servator noster praesignificavit, sed ab iis etiam, qui familiari eius consuetudine fruebantur, ipsique coniunctissimi erant. Quod non satis dici potest, quantâ eum tristitia, quantoque dolore affecerit. Si quid igitur, certe et hoc ad perpessiones eius referendum est. Itaque cum et vaticinationes Iesu de perpessionibus suis vindicemus, de iis etiam, cum nobis occurrant,

vaticinationibus agemus, quas de Iuda proditione, de omnium discipulorum offensione et de Petri abnegatione, optimus Magister edidit.

Itaque nunc videndum nobis est de Iesu dicto, Ioh. VI: 70. num vaticinationem contineat de Iudae proditione, an minus.

Auditis iis, quae Servator, de carne sua edenda et sanguine suo bibendo, disputaverat, scilicet 51 sqq. multi ex eius discipulis, qui cibi capendi et honorum capescendorum causa huc usque ei adhaeserant, omni sua spe et exspectatione abiectos se videntes, ab eius latere discedebant. Iesus autem, iam ab initio (o), ut ait Iohannes, sciebat, quinam non credituri essent, et quis ipsum esset proditus, nempe Iudas Iscariotes. Hic tamen a Iesu non discedit, sed cum caeteris Apostolis apud magistrum manet, atque, ut olim, ita et nunc arctissimo cum eo coniunctus videtur vinculo. Quod cum Servator videret, duodecim interrogabat Apostolos: *nonne et vos abire vultis?* Mox Petrus, nihil malii suspicatus, animo, ut erat, fervido, at sincero et amico erga optimum magistrum, pro-

om-

(o) Illud *ἀπ' ἀρχῆς* haud explicandum est, cum Kunoelio, de *initio munericis Iesu publici*, ex c. II. 24 sqq. sed de *eo tempore*, ex quo illi secari *cum cooperant*, ut illud interpretantur Grotius et Tittmannius, ad l. Ita et illud *ἀπ' ἀρχῆς* occurrit Luc. I: 2.

omnibus ita respondet: „ Domine! ad quemnam „ abiremus? aeternae verba vitae tu habes. Et „ nos credidimus et agnovimus, te esse Chris- „ tum, filium Dei” (*p*) Iesus vero, qui, singulorum animos perspiciens, bene noverat, haec de caeteris omnibus dici non posse: *non-ne*, inquit, *vos duodecim elegi, ναὶ ἐξ ὑμῶν εἰς διάβολός ἔστιν.* Ad quae Iesu verba Iohannes, interpretationis causa, haec addit: *ἔλεγε δὲ τὸν Ιουδαν Σίμωνος Ἰσκαριώτην* (*q*) *οὗτος γὰρ ἤμελλεν αὐτὸν παραδίδονται, εἰς ᾧ ἐκ τῶν δώδεκα.* Atque haec quidem Iohannis interpretatio si vera habeatur, nullus dubitandi locus erit, quin Servator noster hic praesignificaverit, se a Iudeis traditum iri inimicis. At displicet ea Paulo, aliam verborum Iesu interpretationem danti, quae num admitti poslit, videamus.

Haec igitur fere eius sententia est: de Iudee proditione Iesus nec cogitavit, neque eam prædixit; sed alia de causa diabolum eum vocavit. De Iudee proditione haec Iesu verba nemo intelligat, nisi qui neget, laudandum esse qui homi-

(*p*) Pro Χριστῷ, ὁ οἶος τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, Griesbachius in textum suscepit minus consuetum ἄγος τοῦ Θεοῦ, probante Kuinoelio, dubitante et in alteram sententiam inclinante Tittmanno.

(*q*) Nonnulli Codd. et versiones habent *Ισκαριώτευ*, quam lectionem Kuinoelius præfert; Griesbachius tamen vulgatam retinet,

ni emendando operam det, p^rae eo, qui futurum eius crimen praesciat et praesignificet, nec tamen, dum tempus est, impeditat. Causa, qua Iudas Iesum tradiderit, probabiliter haec fuit, quod eum, omnia ab hominum persuasione exspectantem, nullumque rerum potius consilium ineuntem, ad regiam dignitatem suscipiendam allicere vellet et cogere, atque ita et Iesu et sibi bene consulere. Quod cum ita sit, nostro in loco conjecturam facere licet, Iudae indoli et in prodendo Iesu consilio optime congruentem. Scilicet, cum in hoc ipso capite, s. 14. et 15. legamus, populum voluisse regem creare Iesum, veri admodum est simile, Iudam hanc arripuisse occasionem populum adhortandi et instigandi, ut suum persequerentur propositum, Iesumque ad regiam evehent dignitatem. Hoc Servatorem e quopiam forte audivisse, atque hanc ob causam graviter Iudam increpasse et diabolum vocasse.

Quod ad obiectionem attinet, quam contra Iohannis interpretationem Paulus moveret, eum melius agere, qui homini emendando operam dat, quam qui crimen eius praescit et praesignificat, nec, dum tempus est, impeditat, haec animadvertisimus: haud oportebat Iesum vi facta impedire Iudae proditionem. Gaudebat enim Iudas libere agendi facultate. Neminem nec Deus, nec Iesus cogit, ut a malefactis abstineat. Et quae tandem Iudae virtus, quae eius pie-

pietas suisset, si occasione destitutus fuisset, nefandum illud propositum exsequendi? Nec dicit Iesus: *tu, Iuda! me inimicis meis trades*, sed indefinite: *unus*, inquit, *vestrum diabolus est*. Quo quidem dicto tuncquisque eorum incitari poterat, ut se ipse exploraret. Etenim haud puto, Iudam iam tum nefandum illud scelus fuisse; sed eâ erat indole, quâ, nisi sibi caveret, ad optimum Magistrum prodendum duceretur. Vid. v. Herwerden, *Comm.* Vol. III. p. 154.

Quod ad ipsam nostri loci, quam Paulus proposuit, interpretationem attinet, ea mihi quidem haud admittenda esse videtur, quippe quae, *et non probato*, ne dicam falso, nititur fundamento, *et in se spectata* haud probabilis est.

Et fundamentum quidem Paulinae opinionis in eo situm est, quod cum aliis putet, hoc Iudam habuisse consilium in Iesu prodendo, ut hic ad regiam eveneretur dignitatem; dicendus igitur esset malefactum perpetrasse, ut bonum inde, et in Iesum et in se ipsum redundaret, atque adeo pia fraude egisse. Vid. eius *Comm.* III. p. 499. sqq. (r)

Cuius obiectio nūm modū impedit ergo al-

(r) Eandem sententiam iam proposuit Macknight, in *Harm.* Tom. III. p. 359-364. Dubius haeret Kuinoelius. Qui de Iudae iu prodendo Iesu consilio scripsierunt, laudatos vide ap. Kuinoelium, ad Matth. XXVI: 16. quibus in altera ed. addidit Krummacherum, *über den geist, und die form der Ev. Gesch.* p. 296 sqq. (ed. belgicae, p. 348. sqq.) Goldhornium, in Tzschirneri *Memorab.* Part.

Cui tamen opinioni, et Iudee indoles eiusque agendi ratio, et Servatoris nostri in eum dicta quam maxime repugnant.

Detestanda Iudas habendi cupiditate ducebatur, quae tanta erat, ut ad furtum eum traheret, et ad eiusmodi quidem furtum, quo nihil potest excogitari abiectius, nihil turpius. *πάντων τῶν κκανῶν ἐσιν οὐ φιλαργυρία,* ut ait Paulus, 1 Tim. VI: 10. Haec Iudee habendi cupiditas, Iesum certe fugere non potuit, quamquam simulandi artem Iudas adeo callebat, ut caeteris discipulis visus fuerit maximam pauperum curam habere, eosque deceperit omnes. Vid. Ioh. XII: 5. coll. Matth. XXVI: 8, 9. quibus e locis patet, ceteros discipulos, nihil mali suspicatos, cum Iuda consensisse in eo, quod diceret, unguentum a Maria in Iesu pedes effusum vendendum fuisse, et argentum pauperibus dandum. At vero iste ita locutus fuerat, quoniam sur erat, *καὶ τὸ γλωσσόφορον εἶχε, καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσαζεν,* i. e. interprete Bynaeo, auferebat. Vid. eius *de morte I. C.* l. I. c. 3. p. 291 - 296. Quacum Iudee indoles esset, eaque Magistro perspecta, neque Iesus tanto Iudam prosequi potuit amore, quanto caeteros prosequebatur discipulos, neque Iudas eo flagrare potuit erga Magistrum amore, quo

Part. II. p. 135. sqq. Lechten, *de culpa Iudee,* Argentor. 1813. 8.

caeteri flagrabant discipuli. Quotiescumque Iesu sermonibus aliquid inerat, quod Iudei indoli et moribus posset accommodari, hic se tangi putabat, atque illud ἔφεσ αὐτὸν, (Ioh. XII: 7.) ei videbatur furti sui reprehensio: qui enim sceleris sibi conscius est, facile omnia in se suumque crimen dicta putat. Itaque animum eius occuparunt ira et odium, mox accessit vindictae studium, cui quantocius satisfaciendum erat. Cum vero Iesus saepius iam de perpessioribus suis, de suâ morte, et de τῷ ἐνταφιασμῷ suo locutus fuerat, dixeratque ἐμὲ οὐ πάντοτε ἔχετε, ut adeo Iudas omnem honorum rerumque terrestrialium exspectationem vanam et frustratam videret, nihilque amplius sibi ex eius confortio sperandum esse intelligeret, nefandum capit consilium Magistrum prodendi suum, ut ita, et suae habendi cupiditati, et suo vindictae studio, satisficeret. Vid. omnino F. A. Krumacher, l. l. §. 149. p. 354. sqq. ed. Belg. Neque est, quod, cum Paulo, *Comm.* l. l. p. 501 et 502. dicamus, ipsam parvam pecuniae summam, quam Iudas a sacerdotibus accepturus erat, probare, eum Magistrum suum non tradidisse, prodendi voluntate, cum vel furando quaestum facere potuisse multo maiorem. Etenim non tantum suae habendi cupiditati, sed et dolori suo satisfiebat, istique quaestui brevi finem impositum iri videbat. Conf. potro Krumacher, l. l. §. 151. p. 360. sqq. Ut

Ut adeo haudquaquam necesse sit, cum nonnullis, referente Kui noelio ad Matth. XXVI: 15. statuere, synedros dedisse Iudee tunc temporis triginta sieculos, simul vero etiam maiorem pecuniae summam ei promisisse.

Deinde ista Iudee indeoles omnisque eius in tradendo Iesu agendi ratio, a Pauli et eorum, qui cum eo faciunt, opinione, quam maxime abhorret. Qui enim ea est indeole, ut eiusmodi furtum committat, is, ut recte ait Krummacher, l. l. p. 349. sese humo extollere non potest ad tale consilium capiendum, quale illi Iudee adscribunt, nec tanta animi magnitudine et fortitudine potest gaudere, quanta, ex eorum sententia, Iudee tribuenda est. Praeterea quare tum sacerdotibus promisit, se absque ulla seditione Iesum traditurum esse, Luc. XXII: 6. ? Quare tam impudenter, κυνὸς ἔμπατ' ἔχων Iesum capientibus dicit: πρατήσατε αὐτὸν, καὶ ἀπαγάγετε (in aliis ἀπάγετε) ἀσφαλῶς. Marc. XIV: 44. ? Neque enim videtur haec ludibrii causa dixisse, ut putat Kui noelius, ad h. l. et ad Matth. XXVI. 16. Quare tum noctu eum tradidit, dormientibus omnibus, atque ita promissione stetit? Quidni etiam populum, qui tamen Iesum regem crearet, (vid. Krummacher, l. l. p. 350.) aut nonnullos certe Iesu amicos, suo de consilio certiores reddidit? Quidni insidias collocavit, ut in Iesum capientes statim invaderent, eumque ad regiam dignitatem

evehement? Neque dicas cum Paulo, I. I. p. 502. Iudam eiusmodi res secum non cogitasse. Ita enim, quem in consilio ineundo prudentissimum singis, eumdem in exsequendo imprudentissimum facis omnium.

Porro si Iudei illud, quod Paulus ei adscribit, consilium fuisse, dubito, an tanto deinceps dolore, tantaque desperatione affectus fuisse. Certe non exclamasset: ἡμαρτον, παραδοὺς αἷμα ἀθλὸν. Etenim conscientia tum quidem sibi erat fraudis, at piae, volueratque malum, at voluerat, ut non tantum in se, sed et in Iesum, inde maximum redundaret bonum.

Denique si conferas, quid de eo dixerit optimus Magister, si videas vehementem illam animi Iesu commotionem, proditorem indicantis, atque audias ista: ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν· ὅτι εἰς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. (Ioh. XIII: 21.) οὐαὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' οὗ δὲ νίδης τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται· καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη δὲ ἀνθρώπος ἐκεῖνος. (Matth. XXVI: 24.) Ιούδα, φιλάκιατι τὸν νίδην τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως; (Luc. XXII: 48) si Magister tum demum, cum abierat Iudas, blando illo *τεκνίαν* nomine discipulos alloquatur, profitearis necesse est, maius fuisse Iudei crimen, a Servatore certe maius illud habitum esse, quam ut Paulo aliisque videtur. Et profecto, si Iudas, tradendo Iesu, ad regiam dignitatem eum evehere, atque ita et Iesu et sibi ipsi bene consulere voluisset, hoc suum con-

filium Iesu indicaturus fuisse, auditis duris i-
tis, quae in ipsum Magister dicebat, verbis.
Etenim, si vel populus hac occasione Iesum regem
crearet, nihil tamen boni sibi sperare Iudas po-
tuisset, cum Magistrum suum tam abiecte de se
sentientem videret, et loquentem audiret.

Quod autem ad ipsam, quam isti opinioni
Paulus superstruxit, coniecturam de nostro
Ioco attinet, haec, quamquam ingenii laude non
privanda, mihi tamen haud probabilis videtur.
Etenim, ea admissa, una coniectura alteri su-
perstruitur: Iudas populum incitasse dicitur, ut
Iesum regem crearet; hoc e quopiam forte au-
divisse censem Iesus, atque circa eum appelle-
lasse Diabolum: de quibus tamen omnibus nihil
apud Iohannem invenias. Deinde minime is recte
agere mihi videtur, qui remotiorem causam quae-
rit, cum propior adsit; adest autem hic in eo,
quod, cum multi Iesu oratione offensi, ab eius
latere discederent, Iudas tamen apud eum ma-
neret. Quo viso Iesus duodecim discipulis:
„vos quidem,” inquit, „omnes a me electi
„estis perpetui comites mihique adhaeritis;
„at unus tamen vestrum diabolus est.” Porro
si sumas, Iudam populum incitasse, ut Iesum
ad regiam dignitatem eveheret, quidni in erro-
ris criminisve societatem venisse dicas caeteros
discipulos, qui, aequa ac Iudas, regni terrestris
spem fovebant? At vero quaenam tum causa est,
quare Iesus non omnes, sed unum tantum Iudam,

52 SPECIMEN INAUGURALE

vocaverit diabolum? Tandem, si Iesus nihil aliud cogitasse, nihilque aliud significasse censendus sit quam quod Paul o videtur, equidem nullam video causam, quare tam vehementer in Iudam animadverterit eumque horrendo isto diaboli nomine appellaverit. Quae quidem severitas quam fuerit aliena a Christi animo, docere nos potest quod narratur a Mattheo, XX: 21. coll. Marc. X: 37. Scilicet Iohannis et Iacobi mater, comitantibus filiis, Iesum adit, ab eoque petit, ut, rerum potitus, filios suos summis condonet honoribus. Quid igitur Iesus? num respondet: „ vos dia- „ boli estis? ” Minime vero. „ Nescitis, ” inquit „ quid cupiatis! ” Fateor, Iohannem et Jacobum, praecunte matre, a Iesu honores petisse, cum Iudas populum incitasse censeatur, ut Iesum regem crearet. Sed ex eodem tamen fonte, et illorum, et huius agendi ratio profluebat; idem et hunc et illos tenebat error de regno Messiano, eratque adeo, ut illorum, ita et huius, ingenii tantum vitium, non voluntatis. Itaque, cum Magister Iudam tam graviter incepaverit, probabile omnino est, eum longe maius crimen inuisse. Quod, cuiusmodi sit, Iohannes docet, cui quo minus fidem habeamus, nihil profecto impedit. Denique, assumta Pauli sententia, nulla videtur esse causa, quare Iesus Iudam non nominatim appellaverit, quae tamen sponte se nobis offert, si de proditione Iudei illud: *unus vestrum diabolus est*, intelligamus. Quodsi enim

Ie-

Iesus perversum illud Iudee consilium, quo regem eum a populo creari voluerat, indicare voluiset, non adeo fuisse eum offensurus, si aperte rem indicasset et Iudam nominatim appellasset; nunc vero imprudenter et contra consuetam suam agendi rationem acturus, eumque graviter offensurus fuisse.

Matth. IX: 15.

coll. Marc. II: 20. et Luc. V: 35.

Iohannis discipuli, referente Mattheo, vel, Legisperiti et Pharisei, quod Lucas habet, vel utriusque, monente Marco, (pro vulg. enim καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων, legendum videtur: καὶ οἱ Φαρισαῖοι. vid. Griesb.) Iesum adeunt, atque ex eo quaerunt, quidni eius discipuli, aequae ac Pharisei et Iohannis discipuli, ieunia agant. Scilicet hi eo ipso tempore videntur ieunia egisse, a quibus vero Iesu discipuli absinebant. Vid. Schutius, in Ann. S. Vol. II. p. 43. sqq. et Ven. v. Wille, Disf. laud. p. 43. seqq. Ad illorum quaestionem ita respondet Iesus: *qui nuptias celebrant, possuntne ieunia agere et dolere, quamdiu sponsus iis adest? Per omne tempus, (ut Marcus addit) quod secum sponsum habent, non possunt ieunare. At venient dies, quando sponsus ab iis auferatur, tum, vel, ut Marcus habet, eo die (legendum enim ibi est, monente*

Griesb.

54 SPECIMEN INAUGURALE

Griesb. ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, pro vulg. ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, quae lectio ex praeced. et ex Luca oriunda videtur) ieunabunt. Itaque temporibus consulendum erat. Quamdiu ipse, sponsus, cum discipulis suis, sponsi sociis et amicis se enim cum sponso comparat, praeente Iohanne Baptista, Ioh. III: 29. et discipulos suos cum sponsi amicis, eius nuptias celebrantibus,) versabatur, his non ieunandum, non dolendum, sed laete vivendum erat; venturum enim tempus erat, quo iustum haberent ieunandi et dolendi causam, eo nempe die, quo ipse ab iis ablatus foret. Quamvis igitur hoc indefinite dictum sit, nullus tamen dubito, quin Servator eo mortem suam violentam significaverit.

Caeterum nihil magis improbabile dici potest, quam quod Paulus coniecit, scripsisse Marcum ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ut significaret, ipso Iesu mortis die ieunandum esse, Lucam vero pluri-
mali numero ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις spectasse mor-rem, quo primi Christiani, Iesu mortem cele-
brantes, per quadraginta horas ieunia agebant.
Vid. eius Comm. Vol. I. p. 557.

Matth.

Matth. XII: 39, 40.

coll. Luc. XI: 30, 32.

Ad Servatorem nonnulli adducebant quemdam, a daemonе vexatum: quem cum sanasset Iesuſ, magna, quae adſtabat, hominum turba in admirationem rapiebatur. Sed aderant et Phariſaci, qui miraculum, a Iesu patratum, diabolo adſcribendum esse dictitabant. Quod cum Iesu intelligeret, graviter in eos animadvertebat, adeo ut vel γεννήματα ἔχιδνῶν eos diceret, ſect. 34. Itaque hi, ut auctoritatē ſuam tueantur, blanda quidem voce, at pefimo conſilio, ſignum ab Iesu petunt, quo ſuam ipſis probaret auctoritatē. Iesuſ vero, valde indignatus, γενεὰ, inquit, πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς συμεῖou ἐπιζητεῖ· (s) καὶ συμεῖou οὐ δοθῆσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ συμεῖou Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου, ſect. 39. Sicut Ionas ſignum fuerat Ninevitis, ita et Iesuſ ſignum foret Iudeis, Luc. XI: 30. Quod quomodo intelli-

gen-

(s) Ἐπιζητᾶ idem est. quod ζητᾶ, ut manifestum est ex Marc. VIII: 11. coll. f. 12. ubi ζητῶν et ἐπιζητῶν inter ſe permuntantur, et, pro ἐπιζητοῦ, f. 12. in nonnullis codd. male exhalbetur ζητᾶ. Solent enim librarii verba composita mutare in simplicia, quod docet Fischerus, in *Prolus. de ritiis Lexicorum*, p. 551 seq.

gendum sit, ipse Servator nos docet. Haec enim apud Matthaeum addit, s. 40. ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κῆτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας. Haec igitur Ionam inter et Iesum intercessura erat convenientia. Hic per tres dies et noctes in sepulcro mansurus erat: hoc σημεῖον Iudeis datum iri Servator noster affirmat. Quod cum ita sit, manifestum est, eum hoc dicto mortem suam et in vitam redditum praesignificasse. Et faciet huic interpretationi orationis contextus. Etenim Pharisei iam consilium inierant de Iesu interficiendo, sect. 14. Quod cum Iesus sciret, sect. 15. abiit et sanatis a se hominibus silentium imposuit. Mortis igitur imago eum subierat. Quae cum ei ante oculos versaretur, verisimilimum est, eum, de morte sua et de laeto, qui eam fecuturus erat, in vitam redditu, locutum fuisse: atque ita probabilis eorum videtur sententia, qui Servatorem nostro in loco mortem suam et in vitam redditum significasse statuant. Quam sententiam confirmat etiam consueta Iesu agendi ratio. Solebat enim fere, cum Iudei signum ab eo edi vellent mirificum, ad mortem suam et in vitam redditum provocare. Vid. Ioh. II: 19. et not. ad illum l. p. 13 sq. ibique all. Borgerus.

At negant tamen hanc Servatoris dicti interpretationem *Anon.* in Eichh. Bibl. l. l. p. 1011 seq.

seqq. Eckermannus, in *Theol. Beytr.* Vol. V. P. II. p. 26 seqq. (ref. Storrio, in Flattii *Mag.* P. IV. p. 191. et Kuinoelio, in *Comm.* ad n. l. ed. altera, in qua longe accuratius, quam in priori, hunc locum tractavit,) et in *Ausführlicher Erklärung aller dunklenstellen des N. T.* Vol. I. p. 90, 91. item Paulus, in *Meletematibus ad historiam dogmatis de resurrectione mortuorum*, p. 19. ad quae provocat in *N. Theol. Journ.* Vol. IX. p. 396. et in *Comm.* ad l. p. 134 seqq. Scilicet hi putant, τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ intelligendum esse de eius doctrina, qua gravissimas Ninevitis annunciat poenas. Itaque τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ idem dicendum esset cum τῷ κυρύγματι eius, atque in hoc κυρύγματi eius signum quaerendum foret. (t) Ad istud enim, inquiunt, σημεῖον, sc̄ per tres dies et noctes in piscis ventre commoratum fuisse, Ionas haud provocavit apud Ninevitas, neque historia docet, iis illud notum fuisse: et, si vel notum iis fuerit, ex ipsius forte Ionae narratione illud percepérunt, de cuius tamen veritate qui potuit illis persuasum esse? Ut igitur suā sapientiā Salomo, ita et Ionas doctrina sua, ostendit

(t) Ita et Eberhardus contendit, signum Iona nihil allud esse, quam munus Praeconis, quo Ionas apud Ninevenses functus sit, docente cl. Borgero, in disp. contra Eberhardum, in *Soc. Teyl.* Opp. p. 167. not. t.

dit, quis esset; utque Ninevitae Ionom pro divino habuere legato, non nisi doctrina eius ad id inducti, ita et Iesum agnoscere Iudeos oportuit.

At vero qui potuit ista de Nineves interitu comminatio Ninevitis signum esse auctoritatis divinae, qua Ionas polleret? Comminationis eventus, urbis interitus, non ipsa comminatio, signum esse potuit Ninevitis. Quid? quod ex ea argumentum ducere potuissem Ninevitae, contra divinam Ionaem legationem. Quamquam enim hic definite annunciarerat, post quadraginta dies totam eversum iri Nineven, (vid. Ion. III: 4. et conf. Ionaee dolor c. IV.) haec tamen incolmis, salvaque stetit. Persuasum autem de ea fuit Ninevitis ex eo, quod Iona in mari evenerat, quodque, *vel* ex ipso Iona audiverant, *vel* a navitis acceperant, quibus totam rem Ionas indicaverat. (Ion. I: 10.) Hi certe benevoli et probi fuisse videntur ex eo, quod Ionaee vitam servare cuperent. (c. I: 13.) Unius autem hominis vitam servare cupientes, quidni voluerint, tot hominum milibus prodesse sua admonitione? At si prius tamen veri videtur similius, (Conf. Storrius, in Flattii Mag. P. IV. p. 195 seq. n. 30. et Anon. in libro *Kritik des Kommentar's von Dr. Paulus*, p. 79.) non est, quod dicas: at ipsi Ionaee, quae sibi evenerant, commemoranti, qui tandem fidem habere possent Ninevitae? Quodsi enim neges, eos et e navitis rem percepisse, longe tamen

men probalius est, Ninevitis, audientibus Ionam mirificam suam servationem narrantem, de divina eius legatione persuasum fuisse, quam eos, sola auditâ comminatione, ad credendum fuisse inductos. Conf. *libellus Criticus* modo laud. p. 77, 79 et 80. Deinde, assumta ista Eckermanni aliorumque sententia, nulla excoigitari causa possit, quare Iesu in Salomonis exemplo nullam σημεῖον faciat mentionem: monente eodem *Critico*, p. 79. Omnis porro comparationis vis tum perit. Similitudo enim, quae Ionam inter et Iesum intercedit, si quaerenda sit in Ionae comminatione et in universa Iesu doctrina, quod Eckermannus et Paulus velle videntur, nulla profecto erit; si vero eam, cum Anon. in Eichh. *Bibl.* l. l. in eo sitam putas, quod, ut Ionas Ninevae, ita Iesu Hierosolymis, interitum comminatus fuerit, quaedam similitudo adesse videtur. At, quidni, hoc sumto, eo ipso tempore, quo τοῦ σημεῖου Ἰωνᾶ mentionem faceret Servator, quidni eo ipso tempore, non vero postea, nec nisi discipulis suis, interitum Hierosolymis comminatus fuit? Si denique τὸ σημεῖον Ionae idem sit, quod τὸ κύριον eius, unde quaequo Lucas haec disiunxit, interposito reginae, Salomonis sapientiam audiens, exemplo c. XI: 31? Ut adeo neque Lucas putasse videatur τὸ σημεῖον Ionae de τῷ κύριῳ eius intelligendum esse, et lectores sponte in hanc ducantur opinionem, aliud esse

τὸ

τὸ σημεῖον Iona, aliud *τὸ κύριον* eius. Sed quid plura? Ipse Iesus verborum suorum interpretem agit apud Matthaeum, sect. 40. ita ut nullus dubitandi locus sit, quin mortem suam et in vitam redditum hīc praesignificaverit.

Quod cum videant ii, contra quos nobis disputandum est, mox Criticos audaciores agunt, et hanc sectionem a Iesu profectam negant. Cuius quidem coniecturae nullum est in codicibus mss. aliisve documentis externis praesidiū; neque enim in tota hac sectione datur lectionis varietas, nisi quod nonnulli codd. et Patres, q. d. ecclesiae, ante *διάβολον* addant *καὶ*. Itaque ad interna provocant argumenta: quibus inductus Eckermannus totam hanc sectionem attribuit interpreti Graecorum Euangelii, a Mattheo Hebraice scripti. Sed J. L. W. Schererus, in libro *Ausführliche Erklärung der Weissagungen des N. T.* p. 127. not. 18. glosam illam esse putat, sec. II. aut III. in textum illatam. Contra Anonymus, in Eichh. *Bibl.* l. 1. hanc sectionem habet pro interpretatione, ex ingenio Matthei profectam. Paulus denique, hanc interpretationem tribuendam censet, vel ipfi Evangelistae, vel auctori, cuius narratione Mattheus sua hauserit. Argumenta igitur, pro ista opinione allata, nobis recensenda erunt. *Primum* argumentum ex eo desumitur, quod, neque in loco parallelo, Luc. Xl. 29i neque apud

HERMENEUTICO-THEOLOGICUM. 61

apud Matthaeum, c. XVI: 1-4. ista habeatur interpretatio. Quod vero ad Matthaei locum attinget, causa in promptu est, quare Iesus nullam ibi suorum verborum dederit interpretationem; nimis quoniam hanc iam tradiderat nostro in loco. Sed et alia excogitari causa potest. Scilicet, cum iterum signum a Iesu peterent isti Pharisaei, quibus robur et aes triplex circa pectus erat, ex imo pectore Servator suspiria ducens, tanta affectus erat indignatione, ut paucis duntaxat verbis perverso isti hominum generi signum datum iri negaret, *εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου*, nulla addita interpretatione. Unde et statim abiit, ac, navi consensu, istis valedixit hominibus. Vid. Marc. VIII: 11. Conf. et Ven. v. Willes, in *Spec. laud.* p. 102. Et hac quidem narrationis diversitate nescio, an non augeatur historica Euangelistae fides. Ibi enim maxima Iesu indignationi haud conveniens est longa et protracta oratio; nulla ibi interpretatio exspectari probabiliter potest; nullam etiam exhibet simplex rerum narrator: nostro vero loco traditam illam videmus, et convenit ea cum Iesu agendi ratione. Multa enim, et post memoratum illud signum, Servator noster hic disputat.

Neque majoris, ad nostram sententiam oppugnandam, momenti est illius interpretationis apud Lucam omisso. Quodsi enim, quae apud unum Euangelistam invenias, apud alterum ve-

ro frustra quaeras, haec omnia velles relicere, nescio, quam multa reiicienda forent. *Deinde*, qui ex loco Lucae parallelo nostrum locum explicari volunt, hi migrant illam legem, quam, ut ait cl. *Borgerus*, in *Disp.* laud. I. I. „sanxit Senatus Populusque interpretum, locum breviorem ad sensum copiosioris et longioris esse explicandum”. Itaque rectius profecto is agit, qui breviorem Lucae locum ex Matthaeo explicat et illustrat, quam qui longiorem Marthaei, ad breviorem Lucae locum, quasi amputandum esse existimat. *Porro* Lucas omnem hanc historiam quam brevissime tradit, adeo ut vel ipsam Phariseorum petitionem silentio praetereat. Quidni igitur et in responso Iesu quedam negligere potuerit, praesertim in eiusmodi re, quae facile posset omitti? Unicuique enim illud Ionae signum notum erat. Qui hoc commemoratum videbat, eum mox subibat Ionae in piscis ventre commoratio. Vid. *Kritik des Komm. von Dr. Paulus*, p. 79. Ipse denique Lucas aliam τῷ σημεῖῳ Ionae, aliam τῷ κυρύγματι eius videtur tribuere significationem: id quod supra demonstrare conati sumus.

Alterum argumentum, quo germanam esse hanc sectionem negant, ex eo petunt, quod Servator in ea dicatur per tres dies et noctes in sepulcro mansurus esse. Hoc vero, inquiunt, eventu comprobatum non est; si enim Iesus dicitur posse per tres dies in sepulcro fuisse, dici certe non

non potest per tres noctes in eo fuisse commoratus. At vero, si tres dies per synecdochen trium dierum partibus sumi possint, atque adeo Christus recte dicatur tres dies in sepulcro fuisse, quod et Eckermannus et Paulus concedunt, recte etiam dicitur tres dies et noctes in sepulcro fuisse commoratus. Has enim dicendi formulas Hebraei promiscue usurparunt. Copiose hoc probavit Storrius, in Flattii *Magazin*, Part. IV. p. 192 - 194. n. 27, 28. ut adeo huic causae agendae supersedere possimus. E multis, quae attulit, locis, conf. Gen. VII: 4, 12. coll. sect. 17. Matth. IV: 2. coll. Marc. I: 13. et Luc. IV. 2. Conf. et Lightfoot in Hor. Hebr. ad h. l. Grotius ad h. l. Macknight *Harm. Euang.* II. p. 414. Seiler, über die Göttl. Off. II. p. 147. sqq. et Criticus *Commentarii Paulini* laud. p. 80, 81. Praeterea, quamcunque sumas sententiam, aut a Iesu, aut a Mattheao, aut ab alio, hanc sectionem profectam esse, statuas necesse est, istam trium dierum et noctium formulam, eo, quo diximus, modo explicandam esse. Vos enim, qui germanam esse hanc sectionem negatis, num igitur putatis, istum glossatorem vestrum, post Iesu in vitam redditum, in computando tempore, quo Servator in mortuis fuit, adeo errasse, ut, contra historiae veritatem, scripturus fuerit, eum per tres dies et noctes in sepulcro fuisse commoratum? Itaque vos, quaeſo, ipsi da.

datam huius formulae explicationem probetis.

Tertium dissentientium argumentum e contexta ducitur oratione, quam facilius fluere dicunt, reiecta sectione 40. Quae vero critica ratio quam sit temeraria, et veri nominis critico indigna, quis est, quin videat? Sed neque sic melius procedere contextam orationem, patet e supra dictis. Aliud enim argumentum continetur s. 39. aliud s. 41. et sequenti. Ibi loquitur Servator de ipso Iona eiusque signo, quod quomodo intelligendum sit, dicit s. 40. hic vero de Ninevitis Iudeorum pertinaciam olim reprehensuris. Ibi igitur sect. 39 et 40. se cum Iona; hic vero sect. 41. cum Ninevitis Iudeos comparat.

Quartum, quod afferit Paulus, hoc argumentum est: si Iesus tam aperte et perspicue de suo in vitam reditu locutus esset, apostoli eius de eo non desperassent. Ad quam dubitationem respondendi locus commodior cum redditurus sit ad Matth. XVI: 21. differre licet ad eum lectores.

Quintum denique argumentum, a Paulo allatum, hoc est: amicis tantum suis, non vero Phariseis, Iesus, post suum in vitam reditum praebuit se conspicendum. Itaque eius in sepulcro commoratio per tres dies et noctes, non his, sed illis tantum, σημεῖον esse potuit. Quamquam vero ipsi Iesum non viderunt, potuit tamen eius in vitam reditus iis esse signum divinae, qua pollebat, auctoritatis. Neque enim dicit Iesus, suum in vitam reditum tum demum signum iis fo-

fore, cum suis eum oculis vidissent. Quaeſtio
igitur huc redit, num certi esse potuerint de Ie-
ſu in vitam reditu. De eo autem persuasum iis
esse omnino potuit. Ad illum enim ſemper pro-
vocabant Apostoli, de eo testabantur. Apoſto-
lorum auctoritatem miraculis confirmatam vide-
bant: magnos, quos faciebat religio Christiana,
progressus adſpiciebant, nulla vi coercendos.
Quodſi igitur, de Iefu in vitam reditu, perſua-
ſum iis eſſe potuerit, ille profecto $\sigma\eta\mu\epsilon\tau\circ\imath\circ\imath\circ$ iis,
et fuisse dici potest, et vere fuit. Conf. Krit.
des Komm. von Dr. Paulus, p. 82, 83. et
Flattii Symbolae ad illustranda quaedam
Iefu dicta in Euang. Iohanneo, Part. I. pag.
7. referente Kuinoelio, ad h. l. Sapi-
enter autem egisse Iesum in eo, quod ini-
micis suis conficiendum fere non praebue-
rit, post suum in vitam reditum, multis dici
posset. Sed otium nobis fecerunt Viri docti
non pauci, e quibus ſufficiat nominasse Henr.
Meenium, in libro Germ. scripto, vernacule
autem verſo: *de ongegronde vraag, waarom de
verreezen Jezus aan zijne vrienden alleen, en
niet aan zijne vijanden verscheenen zij? openlijk
voorgesteld, breedvoerig beantwoord, en met aan-
merkingen opgehelderd.* Amſt. 1772.

Et vos certe, qui illud *ſignum* in comminatio-
ne de Hierosolymae interitu quaerendum eſſe
dicitis, vos quaefo videatis, quam vobis ipſi, in
ultimo hoc argumento proferendo, contrarii ſitis,
et quam apte hoc telum in vosmet ipſos poſſit con-

verti. Quodsi enim Iesu in sepulcro commoratio per tres dies et noctes Phariseis signum esse non potuerit, *propterea*, quod non his, sed amicis tantum suis, Servator, post suum in vitam redditum, se conspiciendum praebuit, quo tandem modo ista comminatio de Hierosolymorum interitu signum iis esse possit, cum nec Iesus hoc loco de excidio isto mentionem iniciat, nec Pharisei Iesum postea id minantem audiverint? Ut igitur Iesum, cum in vitam rediisset, Pharisei oculis suis non viderunt, ita nec istum Hierosolymorum interitum viderunt atque adeo eodem, quo vos, iure possim contendere, istam eversionem haud potuisse signum esse Phariseis: eamdemque ob causam, ob quam nostram reiicitis sententiam, et vestra reiicienda fit.

Caeterum Flattius, loco laud. coniungendam putat Ionae in piscis ventre commorationem, cum annunciatione de Nineves interitu, quam tamen sententiam satis refutavit Kuinoelius, in Ed. II, *Comm. ad h. l.*

Neglexeram fere notare ingeniosissimi Herderi, *παρεργασταν*, qui, in lib. Io, *von Erlöser der Menschen*, p. 133. hanc Christi dicto subiicit sententiam: *wenn ihr sie begrabt, die Wahrheit, sie wird, wie Jonas aus dem Bauch des Fisches, als eine Begrabene aus dem Bauch der Erde lebendig hervorgehn und reden.* Quae profecto interpretatio aliena est a dicentis mente. Hic enim ne γρὺ quidem, de veritate, eaque sepelienda, et ab Iudeis sepelienda, aut dixit,

dixit, autem cogitavit. Verum eiusmodi interpretationes nemini, in verbis ludere nolenti, sese commendabunt.

Matth. XVI: 21.

coll. Marc. VIII: 31. et Luc. IX: 22.

Matth. XVII: 9, 12.

coll. Marc. IX: 9, 12.

Matth. XVII: 22, 23.

coll. Marc. IX: 31, 32. et Luc. IX: 44.

Matth. XX: 17 - 19.

coll. Marc. X: 32 - 34. et Luc. XVIII: 32-34.

Ad illa iam pervenimus loca, quibus Servator perpessiones suas, mortem et in vitam redditum, magis aperte et perspicue praedixit. Haec igitur, propter similitudinem, et argumenti, et dubitationum ei oppositarum, unâ comprehendemus: in antecessum, quid in singulis locis habeatur, indicaturi.

Matthaeus igitur, c. XVI: 21. *ab eo*, inquit, *tempore*, (quo, scilicet, in praecedentibus narrata evenerant:) *Discipulos suos docuit Iesus* (nam ἦρξατο δεικνύειν scriptum est pro ἔδειξε. Vid. Kuinoelius, ad l. Conf. Marc. X: 32.) *ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα*,

E 2 πολ-

πολλὰ παθεῖν (addunt Marcus et Lucas καὶ ἀποδοκιμασθῆναι) ἀπὸ (u) τῶν πρεσβυτέρων, καὶ ἀρχιερέων καὶ γραμματέων· καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι. (Marcus habet καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστῆναι.) Dixerat quidem iam antea, ut vidimus, de morte sua et in vitam redditu, sed adstante promiscua hominum turba, et audientibus Phariseis, nec nisi tecte dixerat et obscure; nunc vero duodecim discipulis, et, quod verissimum est ex Luc. XXIV: 8. mulieribus nonnullis, quae sibi fata immineant, prae-dicit, καὶ, ut addit Marcus, sect. 32. παρήστη τὸν λόγον ἐλάλει. i. e. libere hanc orationem pronunciavit. Illud enim παρήστη Cl. Paulus, ad h. l. male vertit: *aperte, ita ut et alii audire eum possent.* Conf. Reinhardi, *Disf. laud.* p. 7. et v. Willes, *Spec. laud.* p. 104. Scilicet iam illud tempus erat eaque discipulorum animi conditio, ut apertam Servator perpensionum suarum et mortis mentionem tuto facere posset et faciendam iudicaret. Vid. Kui no elius, ad l. Ut aptam de his dicendi occasionem haberet, videtur discipulos interrogasse, sect. 15. quemnam ipsum haberent, quod monet Hes sius, lib. l. l. p. 524. in nota. Ad quam quaestione pro omni audiatur, ut non sit dubium.

(u) Αὐτὸν et cum verbis Passivis iunctum saepe ponit pro ἦπο, notum est. Vid. Beza, ad Matth. XI: 19. et XVI: 21. et Schleusner, in *Lex.* ad voc. n. 1. Miror igitur, Paulum hoc negasse, in *Comm.* ad Matth. XI: 19. et XVI: 21.

nibus Petrus ita responderet, ut manifestum sit, infixam eorum animis haesisse persuasionem de Messiana Iesu dignitate. Quia tamen in persuasione causa fuit, quare Magistrum, de perpersionibus suis, morte et in vitam reditu dicentem, discipuli plane haud intelligerent, et Petrus eorum memor, quae ipsi modo dixerat Servator, exclamaret: Ἰλεώς τοι κύριε οὐ μὴ ἔσται τοι τοῦτο. In sua tamen Magister perseverat sententia, in Petrum graviter animadvertisit, omnesque discipulos de ferenda post ipsum cruce admonet. Ex quo probabiliter efficias, eum de *crucifixione* sua cogitasse, atque circa ea *crucis* imagine potissimum usum fuisse.

Post suam in monte μεταμόρφωσιν, Servator mox de suo in vitam reditu, perpersionibus et morte, locutus fuit. Narrant enim Matthaeus, cap. XVII: 9, 12. et Marcus, c. IX: 9, 12. silentium eum imposuisse discipulis de iis, quae in monte viderant, ἐώς οὐ δὲ οὐδὲ τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῆντι quibus tamen, quid sibi vellet Iesus, discipuli nesciebant. Τόν λόγον, ut addit Marcus, sect. 10. ἐκράτησαν πρὸς ἑαυτοὺς, συζητοῦντες, τι ἔστι τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι (v). Scilicet hi de condendo terrestri Messiae regno cogitabant, quod manifestum est ex quaestione,

quam

(v) De varia haec verba interpungendi ratione vide Ven. v. Wille, *Spec. laud.* p. 106, cui recie vulgaris arridere videtur distinctio.

quam Magistro proponebant, de Elia, quem prius venturum esse, quam regnum Mesiae conderetur, Iudeorum erat opinio: Iesus vero non tantum venturum prius esse Eliam affirmat, sed et, prius quam regnum suum conderet, eventura esse ea, quae de filio hominis essent scripta, *να πολλὰ πάθη καὶ ἔξουδενωθῆ*, quod Marcus habet. Venisse enim iam Eliam, Iohannem Baptistam puta, sed homines eum non agnovisse, quia et quibuscumque malis affecisse. Οὗτω, sic enim apud Matthaeum pergit, *καὶ ὁ νῖδος τοῦ ἀνθρώπου μέλλει πάσχειν ὑπ' αὐτῶν*, ante scilicet, quam regni sui fundamenta iacturus est: ut mihi quidem ex orationis contextu subaudiendum videtur. Quod si verum sit, conferri hoc Servatoris dictum potest cum eo, quod deinceps dixit, apud Ioh. c. XII: 23, 24. Utroque loco idem argumentum continetur, nimirum hoc: Messiam patiendo et moriendo ad summum honoris dignitatisque fastigium escensurum esse. Haec obiter monere licuerit. Quod ad praesentem causam attinet, cuique patet, Servatorem, et hoc loco, quamquam vaticinatione usum paulo minus perspicua et desinita, vel sic tamen violentam suam mortem praesignificasse. Iohannes enim ab Herode iam necatus erat. Vid. Matth. XIV: 10.

Relicta domo, in quam Iesus cum discipulis suis, post sanatum puerum aegrotum, secesserat (vid. Marc. VIII: 28.), per Galilaeam iter

iter fecit (*x*): quo in itinere suos rursus docuit, quid sibi eventurum esset. Dicit enim, apud Matthaeum, c. XVII: 22, 23: μέλλει δὲ οὖς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, (Marcus habet δὲ παραδίδοται) καὶ ἀποτελεῖσθαι αὐτὸν καὶ (ἀποκτανθεῖσ, quod Marcus addit) τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται. (Marcus habet (*y*) ἀναστήσεται.) Et sapienter quidem hac occasione rursus perpensiones suas et mortem

Ser-

(*x*) Ἀνατρεφομένων αὐτῷ ἦν τῇ γαλιλαϊ plerique vertunt: *iter facientibus, conversantibus iis in Galilaea.* Beza tamen dubitare videtur, an forte vertendum sit: *redeuntibus*, illo δὲ τῇ γαλιλαϊ sumto, pro τοῖς την γαλιλαϊ. Quae lectio et habetur in nonnullis Codd. (vid. Beza et Griesb.) sed ex hac Matthaci verborum interpretatione oriunda videtur. Habet et illam Origenes, (vid. Griesb.) qui igitur et hunc locum de Iesu et discipulorum reditu accepisse videtur. Marcus habet παρεπομένω τὸ δὲ τ. γ. quod verbum παραπομένων alii significare putant *celeriter, latenter et quatinus in cursu, transire*, ut Chemnitius, Harm. Tom. I. c. XC. p. 1303. alii pro συμπομόνων sumunt et vertunt: *una iter faciebant, adiunctis sibi discipulis suis*, ut Beza, ad l. alii denique idem quod simplex παρεπομένων esse putant, ut Kuinoelius, ad Marc. II: 23.

(*y*) Apud Marcum in aliis Codd. est, μέρα τριής ἡμέρας, quam recepiae lectioni aqualem, immo forsitan praeferendam esse, Griesb. iudicat. Paulus eam in texum suscepit.

Servator praedixit. Ob mirificam enim illius pueri, quem ad pristinam sanitatem redigere discipuli non potuerant, sanationem, adstantis hominum turba in summam rapta erat admiracionem. Ipsa vero illa admiratio et Iudeorum applausus non poterat non perversas discipulorum de Mesiae regno opiniones fovere et nutrire, facillimeque efficere, ut eorum, quae Magister de perpersionibus suis et morte praedixerat, aut plane obliviscerentur, aut pro effecto haberent animi tristis, non nisi pericula somniantis. Vid. Luc. IX: 43. Audita igitur rursus ista mortis praedictione, discipuli tristitia affiebantur quam maxima. (Matth. XVII: 23.) Iesu vero dictum non intelligebant, nec tamen audiebant de illo eum interrogare, (Marc. IX: 32. Luc. IX: 45.) metuentes, ne in stupiditatis et segnitiei reprehensionem incurrerent. Quod ipsum in multis quotidie observari potest hominibus: cum quid audiant, praesentibus imprimis aliis, nec intelligent, silentio ignorantiam tegunt, omnemque rem ignorare malunt, quam rogando aliis ignorantiae suae documentum praebere.

Omnium maxime definita et luculenta vaticinatio Iesu, de perpersionibus suis, morte et in vitam reditu, ea est, quam Servator edidit, cum iter faceret Hierosolyma, quod referunt Matthaeus, c. XX: 17-19. Marcus item et Lucas, locis parallelis. Propositi tenax Iesus discipulis praecipit, quos quaedam anxietas occupebat.

paverat et tenebat, quique lento gradu Migistrum sequebantur. Hic illos seorsim ductos docere rursus coepit τὰ μέλλοντα κύτῳ συμβαίνειν. Dicebat enim: Ιδοὺ, ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, (καὶ, ut addit Lucas, τελεσθήσεται πάντα τὰ γεγραμένα διὰ τῶν προφητῶν τῷ οὐρανῷ τοῦ ἀνθρώπου.) καὶ ὁ οὐρανὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ γραμματεῦσι. (Apud Marcum iterum additur τοῖς, quod tamen probabiliter omittas. Vid. Griesb.) καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ, καὶ παραδόσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν εἰς τὸ ἐμπαῖξαι καὶ μαστιγῶσαι καὶ σταυρῶσαι, (Marcus: καὶ ἐρπαῖξουσιν αὐτῷ καὶ μαστιγώσουσιν αὐτὸν, καὶ ἐμπτύσουσιν αὐτῷ καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν.) Lucas ita rem tradit: παραδοθήσεται γὰρ τοῖς ἔθνεσι καὶ ἐμπαιχθήσεται, καὶ ὑβρισθήσεται, καὶ ἐμπτυσθήσεται, καὶ μαστιγώσοντες ἀποκτενοῦσιν αὐτόν.) καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ (Lucas: τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ) ἀναστήσεται. (z).

His igitur Servatoris dictis quid potest definitius dici et luculentius? Qui potuit accuratius sua fata praesignificare? Vel sic tamen, Iesum perpessiones suas, mortem et in vitam redicūm praedixisse, negant Herderus, in libro *vom Erlöser der menschen*, s. 135. et über auferstehung, s. 76-80. Anon. in Eichh. Bibl. Vol. VII.

(z) Apud Marcum, in aliis codd. habetur μετὰ τριῶν ἥμισυ, quam variantem lectionem habuimus etiam in c. IX: 31, quo vide notata.

VII. 1039. sqq. *Paulus in Meletem.* (ref. *Kuinoelio*, ad Matth. XVI: 21.) et in *Comm. ad illum I. et Schererūs I.* l. p. 129. seqq.

Scilicet hi putant, Iesu dicta, quae non verbo-tenus, sed summatim Euangelistae litteris mandarunt, ab his mutata et post factis accommo-data esse, Iesum vero non nisi indefinite, de per-pensionibus suis, morte et in vitam reditu, locutum esse, nihilque aliud dixisse, quam fortasse mortem se subiturum, et tertio die in vitam re-diturum esse; (*ἀναστῆναι, ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ.*) has tamen dicendi formulas, alio, quam vulgo sit, sensu, intelligendas esse.

At vero praeter omnem rationem statuunt, Euangelistas Iesu verba post factis accommodas-se, hunc vero non nisi indefinite de futuris suis fatis locutum suisse. Etenim Matthaeus Iesu sermonibus interfuit; audivit ipse Magistrum fa-ta sua praesignificantem; nec quisquam eo me-lius scire potuit, quid ipse Iesus dixerit. Ut adeo fatus audax profecto eorum opinio sit, qui, post tot seculorum intervallum, hoc melius se scire, quam Matthaicum, in animum sibi indu-cant. Deinde, ista assumta sententiā, in nulla omnino re, nec Mattheo, nec caeteris Eu-an-gelistis, fides habenda erit. Narrant enim, Iesum tam definite futura sua fata praedixisse: quod ni-si ita sit, falsa narrant. Unde porro est, quod indefinitam Iesu vaticinationem, Matth. XVII: 12. et Marc. IX: 12. intactam reliquerint, nec ad re-

rerum eventum accommodate explanaverint? Sed agendum, sume, mutata esse Iesu dicta, et post factis accommodata ab Euangelistis. Itaque statuas necesse est, hos illud fecisse, vel ex consulo, vel ex errore. At priori sententiae, primum, eorum animus repugnat candidus et sincerus, deinde autem se ipse et falso quidem accusassent ingenii tarditatis et stupiditatis; quod tamen non ita facile solent homines. Cum posteriore autem sententia, qua inscii Iesu verba mutasse censendi sint Euangelistae, hoc pugnat, quod, definitas illas Iesu vaticinationes litteris mandantes, inter scribendum facillime et quasi sponte in hanc incidissent cogitationem: unde tandem est, quod tot vaticinationes tam luculentas non intellexerimus? Quodsi igitur Iesus non tam definite futura sua fata praesignificasset, absque ullo dubio in memoriam hoc sibi revocaturi fuissent Euangelistae. Sed definitae illae Iesu vaticinationes eos subierunt. Itaque fideles isti rerum narratores tradunt, quae Iesum praedixisse sciunt: suamque in percipiendo ignaviam ingenue confitentur. Vid. Suskindius, in Flattii Mag. l. l. p. 212-215. Denique mulieres illae, quae, ut Iesu cadaver unguerent, sepulcrum adierant, cum ab Angelis admonitae essent, in vitam rediisse Iesum, prout in Galilaea versans dixerat: ἔτι δεῖ τὸν οἶνον τοῦ ἀνθρώπου παραδοθῆναι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἀμαρτωλῶν, οὐκὶ σταυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι, hae igitur mulieres.

auditis Angelorum verbis, ἐμνήσθησαν τῶν ἡμάτων αὐτοῦ, ut ait Lucas, c. XXIV: 8. Quicquid autem de illis Angelis statuas, in nostra causa perinde est. Illud enim constat, haud potuisse mulieres ea Iesu verba in memoriam sibi revocare, nisi illa fuisset antea locutus. Vid. Sūskindius, in Flattii Mag. l. l. p. 128.

Quamquam autem putant, dicta Iesu post factis accommodata et mutata esse, ipsi tamen concedunt, locutum fuisse Iesum de ἀναστάσει, ἀναστάσει ἐκ νεκρῶν et de τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ: quod et concedere eos iubent Marcus, c. IX: 10. et Iohannes, c. II: 19: *hoc enim in loco, Iudeorum responsum ostendit, ipsa Iesu verba ab Evangelistis nobis exhiberi; in illo autem qui potuissent Discipuli interrogare: τὶ ἔστι τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆσαι; nisi ipse Iesus illud dixisset.* Vid. ipse *Anon.* in Eichh. Bibl. l. l. et Sūskindius, l. l. p. 216-218. Verumtamen isti Interpretes has dicendi formulas, alio, quam vulgo fit, modo, explicandas esse clamant.

Et τὴν ἀνάστασιν quidem *tropico* sensu intelligendam esse existimant, de *doctrina Iesu*, qua mortuus in vitam redditurus esset. At multa quidem loca, a Paulo, *Comm. II.* p. 566, 567. in not. et p. 571, 572. (Vid. et Herderus, l. l. et Schererus, lib. l. p. 123.) afferuntur, quibus suam probare conatur opinionem; sed, ut ipse *Anon.* in Eichhornii *Bibl.* p. 1043.

rec-

recte monet, nullus afferri potest locus, nostro plane similis. Conf. Süskindius, l. l. p. 204. n. 22^b. Ut adeo recte negetur, verba ἀνασηναι, ἐγερθηναι, ut et ἀναστάτεως vocabulum, umquam in historica narratione *sensu tropico* usurpari. (Vid Schleusnerus, in *Lex. ad voc. et Cl.* Borgerus, in *disf. Teyl. contra Eberhardum*, p. 66. et 158. n. k.) In tali certe orationis contextu, qualis nostris in locis habetur, non potest illa ἀναστάτεως vox *sensu proprio* sumi. Ita enim *mors physica* coniuncta esset cum *morali resurrectione*. Quod quam durum sit, *Anon.* ille in *Eichh. Bibl.* p. 1045. ipse sensit. Hanc autem difficultatem ita subterfugere studet, ut *primum Iesu dicta summatim litteris mandata esse dicat*, adeo ut nesciamus, quo modo et quibus verbis Servator mortem suam et *ἀνάστασιν* coniunxerit, de quo tamen invento vide, quae supra monuimus, et Süskindium, l. l. p. 207-210. *deinde autem affirmet*, Servatorem, vel eiusdem, vel similis generis formulis, in una eademque contexta oratione, saepius usum fuisse, altera proprio, altera tropico sensu. At vero negamus, ullum tam insolentis et duplicitis tropi, quam quem nostri loci ex eorum sententia contineant, exemplum posse afferri. Sic enim, ut recte Süskindius monet, l. l. p. 205. Christus, vel ὁ νίκη τοῦ ἀνθρώπου, pro eius *doctrina*, et *αναστῆναι*, pro *propagari*, dictum foret. Neque est praeterea

ad

ad tropum consugiendum, nisi urgente necessitate; nullam autem hic urgere necessitatem, et e supra dictis patet, et ex infra dicendis manifestum erit. Quod porro *Anon.* ille dicit, l. l. p. 1044. suam opinionem optime convenire cum Servatoris dicto, Matth. XVII: 9. hoc modo: *nemini hanc gloriam, qua me in monte affectum vidi- tis, manifestetis, donec puriores et meliores de me opiniones foveant Iudei*, idem illud de nostra sententia affirmari potest: cum practerea haec τοῦ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν mentio manifeste respondeat colloquio, quod cum Mose et Elia, de exitu suo Hierosolymis, monente Luca, c. IX: 31. i. e. de pérmissionibus suis et morte, Servator habuerat. Denique non est, quod, cum *Anon.* illo, in Eichh. Bibl. p. 1043, 1044. putet, Servatorem, hoc dicto ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν. Iudeorum opinioni, de Messia semper hac in terra mansuro, ita succurrere voluisse, ut doctrina sua se semper hac in terra fore significaret. Ita enim sumitur, quod probandum erat, formulam τοῦ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν morali sensu intelligendam esse. Deinde si isti Iudeorum opinioni Servator hac ratione succurrere voluisse, mirum profecto est, quod non, ipso illo tempore, (Ioh: XII. 34.) quo Iudaei suaे opinionis mentionem iniicerent, de sua ἀναστάσῃ ἐκ νεκρῶν locutus sit; contra vero dixerit: ἔτι μικρὸν χρόνου τὸ φῶς ἐν ὥμην (sic enim, cum Griesb. legendum videtur pro μεθ' ὥμην) cui dicto ista lu-

Iudeorum opinio plane repugnabat. Vid. Süsskindius, l. l. p. 205, 206.

In refutanda illorum opinione restat, ut paucis videamus, de formulis τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, μετὰ τρεῖς ἡμέρας, quas unum idemque significare, satis demonstrarunt Chemnitius, in *Harmonia Euang.* c. LXXXVI. Vol. I. p. m. 1254. Kuinoelius, ad l. l. et ipse Paulus concedit, ad Matth. XII: 40. Has autem formulas Herderus, *Anon.* ille, in Eichh. *Bibl.* Paulus et Schererus, ll. ll. non definite de *tertio die*, sed indefinite de *brevi tempore* intelligi volunt. At vero exempla, quibus haec eorum opinio probetur, desiderantur, (vid. ipse ille *Anon.* in Eichh. *Bibl.*) Quae enim afferuntur, Luc. XIII: 31. et Hos. VI: 2. nostris locis haudquaquam similia sunt. In iis enim hae loquendi formulae habentur: *post duo dies et tertio die*, et: *hodie et cras et tertio die*. Quas, ut apud Hebreos, ita et apud nos, indefinite sumi, facile concedimus. Illud vero negamus, has formulas τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ et μετὰ τρεῖς ἡμέρας, nude positas et in soluta occurrentes oratione, indefinite sumendas esse. Nulla praeterea urget necessitas, ut a definita verborum significatione recedamus. Neque aliter ipsi Pharisaei Iesu verba intellexerunt. Etenim post eius mortem: ἐμνήσθημεν. inquiunt, οὐτι ἐκεῖνος — εἶπεν ἔτι ζῶν μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι,

et Pilatum rogant, ut sepulcrum obsignari et custodiri curet, ἔως τῆς τρίτης ἡμέρας, Matth. XXVII: 63, 64. Conf. et Seilerus, über die Göttl. Offenb. II. p. 147 sqq.

Nec quicquam valent argumenta, quibus inducti isti Interpretes nostram negant sententiam, suamque probare conantur opinionem.

Ac primum quidem Paulus, ad Matth. XVI: 21. *Comm.* II. p. 564. negat, potuisse Iesum eo tempore, quo quae illo loco continentur, dixisse fertur, definite mortem suam praedicere. Illud enim, inquit, iter Hierosolymitanum, cuius ibi mentio fit, non fuit ultimum, sed profectus tum Iesus est ad festum Encaeniorum, Ioh. X: 22. quo capit is quidem periculum ei imminere videbatur et augebatur, Ioh. X: 31, 39. XI: 16. at maior tamen Synedrii pars mortem eius nondum decreverat, c. XI: 49, 50. Quamvis enim facile demus, Servatorem eo tempore, non ad Paschatis, sed ad Encaeniorum festum celebrandum, Hierosolyma suisce profectum, atque adeo illud non ultimum eius iter suisce, nihil tamen Pauli argumentatio valet, ad nostram sententiam refellendam. Haudquaquam enim Servator, Matth. XVI. l. l. affirmat, se iam ultima vice e Galilaea Hierosolymam proficiisci, iam futurum esse, ut ibi interficiatur, prout c. XX: 17-19. et locis parallelis: οὐδὲν, ἀναβαίνειν εἰς Ἱερουσαλήμ, quo significat, hoc ultimum futurum esse iter, iamque ista omnia sibi even-

tu-

tura esse; sed indefinite tantum dicit, debere se aliquando Hierosolyma proficisci, nulla addita temporis nota. Ut, hoc si spectes, comparari eius dictum possit cum illo Hectoris, apud Homerum, *Iliad.* VI: 448, 449.

"Ἐσσεται ἦμαρ, οὐτ' ἀν ποτ' δλάλη" Ιλιος 448,

Καὶ Πρίαμος, καὶ λαὸς ἐῦμπελίω Πριάμοιο.

aliisque locis, bene multis.

Deinde Seryatorem praedixisse negant suum in vitam redditum, eam scilicet, quam nos intelligimus, corporis e mortuis resurrectionem.

Et *primum* quidem argumentum Paulus ex eo desumit, quod ipsi Euangelistae, et affirment, et ostendant, Apostolos, aliosque Iesu discipulos et amicos, nihil quicquam scivisse de corporis Iesu in vitam redditu cunque haud exspectasse, quem tamen certissime exspectaturi fuisse, si Iesus eum tam definite praedixisset. Cum igitur nihil eiusmodi subierit, nec mulieres Matth. XXVIII: 1. Joh. XX: 2, 15, 13. nec alios Iesu discipulos, Luc. XXIV: 21. nec denique ipsos apostolos, Luc. XXIV: 11. ne Petrum quidem et Iohannem, Joh. XX: 2-10. imprimis sect. 8, 9. tuto inde effici posse putat, de corporis in vitam redditu nihil quicquam iis praedictum fuisse. At, quamquam lubenter concedimus, Iesu discipulos et amicos haud exspectasse eius in vitam redditum, simul tamen *et con-*

tendimus, manifestam adesse causam, quare illum non exspectaverint: et Pauli argumentationem enervari eo putamus, quod admonti, non tantum de Iesu in vitam reditu cogitarint, sed et Magistri verba eos subierint. Quis enim est, qui miretur, Iesu discipulos eius reditum in vitam non exspectasse, dummodo reputet, quasnam de Messia eiusque regno opiniones foverint? Scilicet terrestre regnum ab Iesu conditum iri statuebant, ab eoque quaevis magnifica et illustria exspectabant. Putabant, Messiam semper in hac terra regnaturum esse, seque illius regni et bonorum, ex eo abunde derivandorum, participes fore. Qua in opinione nonnullis etiam Iesu dictis confirmari sibi videbantur, e. c. cum ipsis promitteret, fore, ut duo-decim thronis insiderent, duodecim Israelitarum tribus iudicantes: et, quoties Servator regni sui et regni Dei aut coelorum mentionem faciebat, toties suas confirmari opiniones putabant. Atque ita omnia Magistri dicta, quae suis cum opinionibus convenire videbantur, avide arripiebant et ex sua mente explicabant; ea vero, quibus suae repugnabant opiniones, iccirco non intelligebant et facile negligebant. Itaque, cum Iesus de perpetrationibus suis et morte loquatur, quid sibi velit, nesciunt. Et primum quidem a tristi illa vaticinandi ratione deducere cum volunt, Matth. XVI: 22. deinde vero, cum repetitis vicibus tristissimas illas vaticinationes audi-

rent, gravi afficiebantur moestitia, Matth. XVII: 23. ipsam vero rem non percipiebant, Marc. IX: 32. coll. Luc. IX: 45. Quam cum nescirent, neque intelligere potuerunt, quid eset illud *ἐν νεφαῖς ἀναστῆαι*, Marc. IX: 10. Utque solent homines, qui laetiora sibi frustra proposuere, iam non nisi ad tristia animum advertere, ita et discipuli de terrestri regno somniati, iam ad unam perpessionum et mortis annunciationem animum advertebant, et laetum illud in vitam reditus vaticinium negligebant, Matth. XVII. 23. In ultimo igitur itinere Hierosolymitano hae-
stantes et anxi Magistrum sequuntur. At vero, cum Servator prope Hierosolyma Lazaru-
m in vitam revocasset, multiq[ue], et Lazari in
vitam revocati causa, fidem ei haberent, cum-
que solemnem eius in urbem introitum spectas-
sent, magnamque hominum turbam uno ore il-
lud *Hosanna* etc. clamitantem audivissent, om-
nem statim metum et angorem excutiebant, fa-
cillimeque omnium eorum, quae de perpessio-
nibus suis et morte Servator dixerat, oblivisce-
bantur, rursus non, nisi de terrestri Messiae
regno, cogitantes. Solent autem homines in
extrema quaque praecipites ruere. Quo certius
discipuli Messiae regnum iam conditum iri
putabant, eo magis improvisa illis fuit subita
rerum mutatio. Cum igitur ex cruce pendente
viderent Magistrum suum optimum, quem in
throne sedentem conspicere speraverant, ita per-

turbati erant animo et perculsi, ut viventes, ipsi vero vitae suae nescii, ne cogitare quidem possent de Servatoris optimi vaticinationibus, omnemque abiicerent spem fore, ut illum e mortuis in vitam revocatum iterum viderent. Et ne tum quidem, cum Servator iam mortuus esset, eius vaticinationes de suo in vitam reditu ab omnibus reputari, omniumque animos erigere potuerunt. Etenim, ut pulere et vere ait Hesius, in libro: *Lehre, Thaten und Schicks.* etc. Tom. II. p. 526: *wer sich einmal ein gewebe von so süßen Hoffnungen gesponnen hat, der ist darum, weil mit einmal das Gewebe einem Riss bekam, noch nicht ganz im Heitern; er kann sich nicht sogleich den wahren Zusammenhang vorstellen, nachdem er sich so lange in einem täuschenden hineingedacht, und sich von dieser Realität, trotz aller Gegenvorstellungen, überredet hat.* Denique nemini mirum videatur, nuncium de Iesu in vitam reditu eius discipulis et tum ἀτεὶ ἡγόνι fuisse, eosque et tum tardos fuisse ad erendum, cum Magistri vaticinationes eventu iam comprobatae essent. Ille enim eventus tam laetus iis videbatur, omnem spem et exspectationem tam longe superans, ut credere eum vix possent. Cuius quidem rei praeclarum exemplum habemus in nonnullis, vel apostolis, vel aliis Iesu amicis, Luc. XXIV: 36. 41. pro spectro eum habentibus, nec creden-

dentibus illi, manus etiam suas ac pedes ostendenti. Unde quaeso haec tanta apostolorum $\alpha\pi\iota\zeta\alpha$? Id Lucas nos docet, sect. 41: *nondum*, inquit, *crediderunt απὸ τῆς χαρᾶς*. Et certe haec eorum agendi ratio est, quorum animos tristitia obsidet et tenet. Tristia credunt, laetis fidem negant. Unde *egregie Seneca*, in *Thyeste*, vs. 939 seqq.

*Proprium hoc miseros sequitur vitium,
Numquam rebus credere laetis.
Redeat felix Fortuna licet,
Tamen afflictos gaudere piget.*

Quae si reputemus, nihil profecto in animis discipulorum deprehendemus, quod ab hominum indole abhorreat, nec componi possit cum iis, quae Psychologi de humanis affectionibus et animi perturbationibus accurate docent: nihil quod non consistere possit cum nostra de Iesu vaticinationibus sententia. *Conf. Hes sius*, l. l. p. 530, 531.

Deinde Pauli argumentationem eo enervari putamus, quod Iesu amici admoniti, non tantum de eius in vitam reditu cogitarint, sed et Magistri verba in mentem revocaverint. Quod de mulieribus certe affirmari potest, quae, Iesu corpus unguendi causa, sepulcrum adierant. Quarum agendi ratio nobis persuadet, illas primum quidem nihil quicquam de Iesu in vitam reditu cogitas-

se,

se, id quod Paulo lubenter concedimus: ab Angelis vero admonitae se ad Iesu vaticinia, de ipsius in vitam reditu, revocarunt. Porro quod attinet ad illos Iesu discipulos, qui Emmanuel versus ambulabant, dubito, an ipsi Iesum fata sua narrantem audiverint, de quo et dubitari posse, ipse Paulus concedit, in *Comm. ad Matth. XVI: 21.* Tom. II. 565. Ex eo tamen, quod *tertii diei* mentionem iniiciunt, quicquam de eius vaticinationibus, vel ex ipso Iesu, vel ex aliis, audivisse videntur. Hi igitur Iesu discipuli primum quidem spem suam se frustratam esse dicunt, deinde vero, audita fama de Iesu in vitam reditu, de *tertio*, qui iam agebatur, die loquentur. Quo ipso et Iesu vaticinia videntur spectare, et vero etiam ostendere, se levem quidem eam et dubiam, at aliquam tamen spem, de eius in vitam reditu, animo fovere. (Vid. et Lightfootus, in *Hor. Hebr. ad h. l. Oper. Tom. II. p. 566.* Hessius, Lib. I, Vol. II, Lib. XII, c. II. p. 522. in nota.) Formulam igitur σὺν πᾶσι τούτοις non, cum Paulo et Kuinoelio, vertendum esse puto: *praeterea, insuper, sed tamen,* plane ut nostrates dicunt *met dat al,* atque adeo locum sic interpretor: *sperabamus, illum esse, qui redemiturus eset Israëlitas, (sed mortuus est eaque spes nos feliciter videtur,) at tamen tertius hodie dies agitur, a quo ista facta sunt.* Quam interpretationem nisi assumas, quorsum quæsio ista *tertii*

tii diei facta mentio spectet? Kuinoelius quidem, et ante eum Paulus, illud Cleopae dictum ita interpretatur: *iam tertius hodie agitur dies, ex quo interemtus est, ut adeo spes nostra vos (nos) fecellerit, nil sperandum, mortuus est.* At quis est, quin videat, mancam esse hanc interpretationem? Quid enim ad minuendam spem conferre poterat, quod *tertius iam dies ageretur?* Scilicet is, in quo omnem suam spem posuerant discipuli, crucifixus erat et mortuus, atque haec causa erat, quare spe sua se falsos putabant; quam tamen quis tertio die minorem fuisse dicat, quam primo et secundo?

Quod denique ad Iohannis de se dictum attinet, *καὶ ἐπιστευτε*, Euang. c. XX: 8. haud puto illud, quamvis prima fronte ita videri possit, ad ea referendum esse, quae Maria Magdalena dixerat sect. 2. ut adeo Iohannes crediderit, Iesu corpus fuisse e sepulcro surreptum. Quae Pauli opinio est, et olim fuit Patrum nonnullorum, (ref. Kuinoelio, ad l.) item, e recentioribus, Bezae, Grotii, ac nuper Kuinoelii, Tittmanni, Ewaldi, *over het lijden van Jezus*, cum Annot. Ven. I. L. Wolterbeek, ed. II. p. 231. Quorsum enim tum spectat accurata illa, de linteis et sudario in unum involuto et separatim deposito, narratio? Quo certe Iohannes amovere debebat et repudiare istam de surrepto Iesu corpore opinionem, praesertim si, quod Hessius monet, *Lebensgesch. Jesu*, Vol. II.

p. 498, 499. et *Lehre, Thaten etc.* Vol. II.
 p. 529, 530. Lazarus in vitam reditus, hoc vi-
 so, eum subicrit. Deinde si, quod illi vo-
 lunt, Iohannes indicare voluerit, nulla excogi-
 tari causa poscit, quare de se tantummodo dicat:
ναὶ ἐπιστευτείν. Et quid tum Petrus? Num igi-
 tur ille non crediderit, Iesu corpus e sepulcro
 surreptum fuisse? Itaque probabilior mihi qui-
 dem videtur III. Michaëlis, *Erklärung der*
Begräbnis – und Auferstehungsgeschichte Chri-
sti, p. 158. Hesfii, loc. laud. Ven. W. L.
 Krieger, *Gesprekken en Overdenkingen over*
de opstanding van onzen Heere J. C. p. 128.
 aliorumque opinio, quam et Beza, ad l. pro-
 ponit, sed tolerabilem tantum dicit, Iohannem
 tum credidisse, in vitam rediisse Iesum.
 Cui opinioni minime repugnat, quod sect. 9.
 habetur. Particula enim γὰρ tum causam indi-
 cat, quare non prius crediderit, quam narrata
 viderit, hoc modo: *cum omnia illa viderat,*
tum demum credidit, in vitam rediisse Iesum;
nam sciebant nondum etc. Itaque et Iohanni
 aliquā opus erat admonitione, ut laetum illum
 Iesu in vitam reditum in animum sibi induceret;
 quae tamen cum obtinuerat, ille mox credidit.
 At de Petro quid dicendum erit, qui idem,
 quod Iohannes, viderit? Videtur Petrus non-
 dum credidisse, in vitam rediisse Iesum. Lucas
 enim, c. XXIV: 12. de eo dicit: *ἀπῆλθε, πρὸς*
ἕαυτὸν θαυμάζων τὸ γεγονός. Cuius *ἀπιστᾶς* Pe-
 tri

tri iusta dari causa potest, nostram si asumas sententiam. Scilicet p̄ae caeteris apostolis male se gesserat Petrus atque eum, pro quo dira quaeviſ, quin et mortem, se velle subire dixerat, turpiter abnegaverat, Magistrum optimum, Dominum fidelissimum. Unde p̄ae caeteris omnibus tristitia affectus fuisse videtur quam maxima. Praeterea facti sui eum valde poenitebat suumque valde deplorabat peccatum, quod coram Magistro confiteri, nescio quam vehementer, cupiebat. Illa igitur tristitia illudque Iesum videndi desiderium quo maius in Petro fuerit, eo minus in eius animum penetrare potuit fides de Iesu in vitam reditū. Ex qua maiore Petri tristitia, maioreque Magistrum videndi desiderio et illud explicō, quod Iohannes prius ad sepulcrum venerit, quam Petrus, qui alias semper et ubique omnium primus erat. Denique nostram si asumas sententiam, causa forte dari potest, quare Iesus non prius nec singulari apparitione se conspiciendum p̄aeberit discipulo, ἐν ἡγάπᾳ, quia scilicet hic statim crediderat, in vitam ipsum rediisse, cui igitur non, aequē ac Petro, singulari apparitione opus erat.

Secundum argumentum contra Iesu vaticinationes a Paulo desumitur ex Luc. IX: 45. coll. Marc. IX: 32. quibus locis addi potest, Luc. XVIII: 34. monente Sūskindio, in Flattii Mag. P. VII. p. 216. n. 31^b. Est autem huiusmodi: „ si Iesus de corporis sui in vitam

tam redditu definite locutus esset, certissime discipuli eius verba intellecturi fuisserent. Cum igitur eum haudquaquam intellexerint, manifestum est, nihil iis de corporis in vitam redditu dictum fuisse". Quis vero est, quin videat, discipulorum inseitiam non eiusmodi fuisse, ut non intelligerent, Iesum de corporis sui in vitam redditu loqui? Quod si putas, statuas necesse est, eos nec Servatoris dicta de perpersionibus suis et morte intellexisse. Ad mortem enim non minus, quam ad eius in vitam redditum, referendum id est, quod narrat Marcus, c. IX: 32. οἱ δὲ ἡγεμόνους τὸ φῆμα· et, si quis forte hoc neget, is Lucam adeat, c. IX: 44, 45. quo in loco, quamquam Servator non nisi de sua in manus hominum traditione dixerat, discipuli tamen verba eius non percepisse dicuntur. At probe tamen eos intellexisse Iesum perpersiones suas et mortem praedicentem, manifestum est, et ex omnium discipulorum animi conditione, Math. XVIII: 23. ubi Euangelista: ναὶ ἐλυπήθησαν, inquit, σφέδρα, et ex Petri agendi ratione, qui, audita tristissima illa perpersionum et mortis commemoratione, ηλεός σοι κύριε, inquit, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο, Matth. XVI: 22. et deinceps, Ioh. XIII: 37. τὴν ψυχὴν μου ὑπέρ σου θήσω. Intelligebant igitur omnino discipuli, Iesum de morte sua et corporis sui in vitam redditu loqui, illud vero non percipiebant, quia fieri posuit, ut *Messias* mortem subiturus et in vitam rediturus es-

eset. Sensum verborum nude spectatorum recte omnino capiebant, quomodo autem ea de *Messia* dici possent, nequaquam intelligebant. Itaque istius inscitiae causa in perversis discipulorum, de Messia eiusque regno, opinionibus, minime vero in eo quaerenda est, quod Servator non satis definite locutus fuerit.

At ea tamen loca, inquit Paulus, (atque hoc tertium argumentum est, quod ad probandum suam opinionem assert:) in quibus ipsa Iesu verba habentur, longe aliena sunt ab instantे corporis in vitam reditu, nempe Matth. XXVI: 29. coll. Marc. XIV: 25. Luc. XXII: 16, 18. et imprimis Ioh. XIV. In quo vide, quam arbitriae Pauli opiniones sint. Quae enim suae sententiae favere videntur loca, in iis et ipsa Iesu verba litteris mandata esse statuit; quae vero suis opinionibus repugnare videt, in iis ex post factis aliquid mutatum esse, aut additum existimat. Cum autem par pari referre, nobis nec liceat, nec placeat, de allatis Servatoris dictis nonnihil dicamus. De Iohannis Euang. c. XIV. infra agendum erit. Quod igitur ad laud. Matthei et Marci locum attinet, ex eo Paulus ita argumentatur: „ si Iesus cogitasset, posse se, post paucos dies, una cum discipulis edere et bibere, vid. Luc. XXIV. 41-43. tam solenniter haud dixisset: ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπ' ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸς πίνω μεθ' ὑμῶν καινὸν

ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρός μου. (Marcus habet βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ apud Lucam Servator idem fere dixerat, de agno et poculo Paschali.) Duplex autem, de hoc Servatoris dicto, opinio-
num varietas est. Scilicet Reinhardus, in
Diss. inserta in *Comm. Theol.* a Velthusenio,
Kuinoelio et Ruperti edd. Vol. III. p.
8, 9. illud ita explicat, ut ἡ βασιλεία τοῦ πα-
τρὸς sit *nova illa constitutio*, quam Iesus modo
διαθήκην καινὴν dixerat, regnum hac in terra
morte eius et in vitam redditum condendum, ut
que adeo totius loci sensus huc redeat: „nunc
non amplius vino fruar, sed, cum respublica di-
vina fuerit mea morte et resurrectione stabilita,
tempus erit, quo, redux in vitam, familiariter
iterum vobiscum cibum capiam (vinum bibam.)
Vid. Act. X: 41.” Atque ita, referente Rein-
hardo, Euthymius Zigabenus locum
iam explicavit. Propugnat et hanc interpreta-
tionem Ven. E. M. Dorper, in Diss. de noio-
ne formularum βασιλεία τῶν οὐρανῶν, τοῦ θεοῦ
et τοῦ χριστοῦ, in pluribus N. T. locis, des.
praef. I. van Nuys Klinkenberg, Am-
stel. 1806. p. 28, 29. Alii tamen, ut Groti-
us, Gerhardi, in Harm. Tom. II. p. 779,
780. Kuinoelius et Morus, *Praelect. in Euang. Lucae*, p. 449. illud Servatoris dictum
ἀκληπόπικός intelligi volunt, de gaudio et felici-
tate summa, quibus erat aliquando in societate
coelesti una cum apostolis fruiturus. Pro utra-
que

que sententia pugnari posse videtur. Sed nostrum nunc non est, plura de his dicere. Sufficiat monuisse, nihil valere Pauli argumentationem ad vaticiniorum Iesu veritatem infringendam, quamcunque harum assumas interpretationum. Et priorem quidem, quis quaeso est, quin videat, non Pauli, sed e contrario nostrae sententiae, favere? Nec posterior interpretatio cum vaticiniorum Iesu veritate pugnat. Quamquam enim, assumta hac interpretatione, Servator negat, se hac in terra vinum bibiturum esse cum discipulis, simul tamen non negat, se in vitam redditurum esse. Scilicet tantum ei fuit propositum, ut recte dicit Gerhardi, l. l. p. 780. discipulos suos his verbis monere, quod in posterum non sit cum ipsis familiariter in his terris eo modo conversaturus, quo hactenus fuerat factum, iisdemque communem secum gloriam et felicitatem in regno coelesti exspectandam promittere. Neque affirmari potest, ex Act. X: 40, 41. bibisse Iesum cum discipulis post suum in vitam redditum. Illud enim συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ optime de consuetudine eius explicari potest, qua fuerant discipuli fructi. Vid. Kuinoelius, ad Matth. XXVI: 29. Caeterum quare, ut in hoc loco, ita et in ultimo, quem cum discipulis habuerit, sermone, de suo in vitam redditu Servator, aut plane non, aut recte magis, dixerit, infra dicemus, ad Ioh. XIV seqq.

Quar-

Quartum argumentum Anonymus, in Eichh.
Bibl. Vol. VII. p. 1040. et *Paulus*, in *Comm.*
ad Matth. XVI: 21. Vol. II. p. 570. ex eo de-
sumunt, quod ipse Iesus, post suum in vitam
reditum, in docendis discipulis, ad Prophetarum,
non vero ad suas vaticinationes, provoca-
verit, *Luc.* XXIV: 44. Sed quis adeo oculis
laborat et mente, quin videat, Servatorem, in
hoc ipso loco, ad ea provocare, quae ipse de
futuris suis fatis praedixerat? οὗτοι, ita enim di-
cit, οὗτοι εἰ λόγοι, οὓς ἐλάλησε πρὸς ὑμᾶς, ἕτι
ἄν σὺν ὑμῖν, nunc, ut recte *Grotius*, nunc
re ipsi experimenti, quod praedicenti mihi, cum
adhuc essem vobiscum, saepe non credidistis, aut
quod praedictum non intellexistis. Cum autem,
de perpersionibus suis, morte et in vitam redi-
tu, ita fere dicere solitus esset, ut haec omnia
fieri debere, secundum dicta a Mose et Proph-
etis, discipulos doceret, siccirco et nunc addit:
ὅτι δεῖ πληρωθῆναι πάντα τὰ γεγραμένα ἐν τῷ
νόμῳ Μωϋσέως καὶ προφήταις καὶ ψαλμοῖς, περὶ
ἕμου. *Conf.* et *Suskindius*, in *Flattii Mag.* P. VII. p. 201 - 203.

At illud ipsum, nos dicit ad *quintum argu-*
mentum, a *Paulo*, *Comm.* Tom. III. p. 37.
desumitum ex Luc. XVIII: 31. ubi *Servator* τε-
λεσθήσεται, inquit, πάντα τὰ γεγραμένα διὰ
τῶν προφητῶν τῷ σιδῇ τοῦ ἀνθρώπου. Est autem
huiusmodi: in Prophetarum libris exempla tan-
tum habentur virorum prospera et adversa for-
tu-

tuna usortum, nec nisi indefinite aliquid de Messia praedicitur. Cum igitur ex hoc loco patet, secundum veterum Prophetarum dicta, Iesum futura sua fata praesignificasse, certum est, eum non nisi indefinite, laudatis forte nonnullis Prophetarum locis, perpestiones suas, mortem et in vitam redditum praedixisse, caetera autem omnia ex post factis ab Euangelistis addita esse. Cui tamen opinioni primum quidem ea repugnant, quae, contra istam de mutatis Iesu vaticiniis sententiam, supra monuimus; deinde, quamquam Servator, ac prudenter quidem, ut discipulorum succurrat imbecillitati, solet ad Prophetarum vaticinia provocare, cum fata sua praedicat, quamquam praeterea sumis, in V. T. libris non nisi indefinite dicta de Messia haberi: quo tamen iure possis negare, Iesum definite fata sua praedixisse? Denique ipse Paulus videat, quam parum sibi constet. Idem enim Lucas, postquam narravit dixisse Iesum, omnia, quae de filio hominis in Prophetarum libris dicta sunt, eventu comprobata fore, mox definitam Iesu vaticinationem litteris mandat. In illo autem Lucae fidem habet, in hoc fidem ei denegat!

Denique sextum argumentum, quod Herodus l.l. et Paulus, *Comm.* III. p. 7. contra Iesu vaticiniorum de futuris suis fatis veritatem proferunt, ex eo ducitur, quod vaticinationes non intellectae nullam habeant utilitatem. De quo

quo tamen, ne quid addam, suadent mihi antea dicta de discipulorum inscitia, ut et ad Ioh. III: 14. cum praeterea hic, de veritate, non de utilitate vaticiniorum, disputemus. Conf. C. C. Flattii Diss. in Suskindii Mag. P. XII. p. 6 seqq.

Caeterum vix est, quod memorem, inanem Pauli, Comm. II. p. 655. III. p. 9. et Schererri, l. l. p. 124, 125. not. 11. conatum, quo ex indefinita futuri temporis apud Hebreos significacione potest, licet, es kann, mag, probare velint, indefinite Iesum futura sua fata praedixisse. Quae quidem indefinita significatio quamquam in se vera est, nostris tamen in locis haud potest assumi. Repugnat enim ei Matth. XVI: 21. et loca parallela, in quibus Iesus dixisse fertur, ὅτι δεῖ κ. τ. λ. quod aequē ad seqq. πολλὰ παθεῖν, ἀποκταυθῆναι et ἐγερθῆναι, atque ad illud ἀπελθεῖν referendum est; repugnat etiam, quod Marcus dicit, c. X: 32. docuiste Iesum discipulos τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβα-
νεῖν. (Rom. 10. 10. εἰς παραπληρωμὴν τοῦ πνεύματος τοῦ ζωῆς τοῦ θεοῦ) sed Matth. XX: 20 - 23. (μεταποίησεν τὸν Ιησοῦν πρὸς τοὺς διδόνεις τοῦ Ιησοῦν)

coll. Marc. X: 35 - 40. (conf. et L u c. XII: 50.)

Et hoc loco Servator, quamvis indefinite, suas tamen perpessiones videtur praesignificasse. Scilicet Salome, comitantibus filiis Iacobo et Io-

han-

hanne, Iesum adit ab eoque petit, ut summis eos in regno suo condonet honoribus. Ad filios, quippe qui matri suae auctores fuisse videntur, ut a Magistro illud peteret, (vid. Kuinoelius, ad l. Matthaei laud. Conf. l. Marci laud. et ad eum Ven. v. Willes, *Spec.* p. 124.) Servator se convertit, eosque interrogat: δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ ἔγώ μέλλω πίνειν; Marcus habet: ὃ ἔγώ πίνω, qui et haec addit: καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἔγώ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι; (a) vid. et Matthaei sect. 23. et Marci sect. 39. Quodsi enim socii vellent esse et comites imperii, eadem, qua regi, via, et illis incedendum erat ad istam dignitatem obtinendam; ex eodem cum rege poculo iis bibendum erat, eodem cum rege baptismate tingendi erant. De formularum autem, quae hic habentur, significatione non una interpretum sententia est. Quicquid vero de illis statuas, hoc certum est, τὸ πίνειν τὸ ποτήριον de calamitatibus et perpessionibus explicandum esse, quibus, ut Iesus, ita et discipuli eius afficiendi erant,

(a) In vulgg. edd. haec verba, uti et ea, quae Marcus habet, sect. 39. καὶ τὸ βάπτισμα κ. τ. λ., etiam apud Matthaeum leguntur, sed male: ex Marco enim in Matthaeum translata videntur. Vid. Griesbachius. De utroque hoc additamento idem iam censuerunt Erasmus et Grotius.

erant, quas, velut potum, erant biberi. Quam explicationem ut assūmamus, et usus loquendi nobis suadet, et contextus orationis. Quod ad loquendi usum attinet, praeter loca, quae Kui-noelius hic affert, imprimis conferendum mihi id videtur, quod ipse Servator postea dixit, Matth. XXVI: 39, 42. coll. Marc. XIV: 36. nec nisi de perpessionibus eius intelligi potest. Contexta etiam oratio isti explicationi admodum conveniens est. Servator enim futura sua fata modo annuciaverat, fueratque de perpessionibus suis et morte locutus, at nihilominus tamen Iacobus et Iohannes summos ab eo honores petunt. Cum igitur Iesu illos interrogat, possintne poculum bibere, quod ipse biberitus erat, quid verisimilius est, quam spectare eum istas, quas modo dixerat, perpessiones? Neque ita quis hoc infringat, ut dicat, Iacobum et Iohannem haudquaquam eadem cum Iesu tulisse. Quis enim est, qui videat, Servatorem hic indefinite esse locutum? Eamdem, quam τὸ πινεῖν τὸ ποτήριον, vim habet formula βαπτισθῆναι βάπτισμα. Quod ut statuamus, membrorum nobis suadet parallelismus, qui manifesto huic Iesu dicto inest. Vid. et Kui-noelius. ad l. Eo etiam nos ducunt, quae Christus dixit, referente Luca, c. XII: 49, 50. πῦρ ἥλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τὸ θέλω εἰ μὴ ἀνύφθη· βάπτισμα δὲ ἔχω βαπτισθῆναι,

vai, ναὶ πῶς συνέχομαι ἔως οὗ τελεσθῇ. Quorum haec est sententia: *veni, ut ignem in terram proicerem: et quam cupio ut ille iam ardeat!* Aquae vero lavacro me submergi oportet, et quam urgeor, usque dum ea res ad finem perducatur. Prius quidem pertinet ad turbas vehementiores, quas excitatura erat doctrina Iesu; per totum terrarum orbem promulganda: posteriorius ad mortem violentam, ipsi antea subeundam. Quodsi vero, cum Hemsterhusio, refer. v. Willes, l. l. p. 125. formulam βάπτισμα βαπτισθῆναι significare putas fuscipere solenni ratione, atque velut baptismate initiatum, rei alicuius gerendae munus, quod in utramque partem transferri potest, hoc Servatoris dictum convenit cum eo, quod Luc. XXIV: 26. habetur. Conf. et Matth. XVII: 12. ibique iam all. Ioh. XII: 23, 24. Vid. et Macknight, Harm. Tom. III. S. CVI. p. 218, 219.

Neque hanc verborum Iesu interpretationem duram dicas, cum Paulo, Comm. ad l. p. 25. propterea, quod, ea assumta, Servator fuerit non nisi de adversa fortuna locutus. De prospera enim fortuna mox dicit, Matth. sect. 23. Marc. sect. 40.

Matth. XX: 28.

coll. Marc. X: 45.

Petitionis causa modo memoratae, caeteri discipuli Iacobo et Iohanni valde succensi erant. Servator autem omnes admonet, omni honorum petitioni valedicendum esse: qui caeteris praestare velit, eum caeterorum ministrum esse debere, atque ita ipsius Magistri exemplum imitari. Dicit enim, narrante Mattheo, ἀσπερ (Marco καὶ γὰρ) ὁ οἰδές τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἥλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντεπολλῶν. Ut adeo et hic mortem suam Servator praesignificaverit. Δοῦναι enim τὴν ψυχὴν est animam effundere, vitam tradere. (Vide Kuinoelium, ad l. alios.) Quam ut deponat, se venisse dicit. (ἥλθε) Hoc igitur consilium est, quo in terram venerit. Unde patet, quam falsa haec Servatoris dicti interpretatio sit: *omnia, quin et ipsam mortem, si necesse sit, subire volo in hominem commodum; quae tamen Paulo placere videtur!* De vocis λύτρου significatione, vide Grotium, ad l. Schleusneri Lex. Kuinoelius, ad l. Muntinghius, *Geschiedenis der menschheid naar den Bijbel*, Tom. IX. Annott. p. 19. not. 96.

Matth.

Matth. XXI: 37 - 39.

coll. Marc. XII: 6 - 8. Luc. XX: 13 - 15.

Ad pessimam Phariseorum indolem depingendam et graviter improbandam, Servator parabolam tradit, in qua nonnullos proponit vinitores, qui servorum, a vineae possestore missorum, alios pulsant, alios interficiunt, alios lapidibus obrutos *κεφαλαιοῦσι* (b), tandemque ipsum domini filium advenientem videntes, interesse consilium capiunt de eo interimendo, quod et exsequuntur. Etenim *λαβόντες αὐτὸν, ἔξεβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, καὶ ἀπέκτειναν*. Lucas: *ἔκβαλόντες αὐτὸν ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, ἀπέκτειναν*. Marcus vero inverso ordine rem tradit: *λαβόντες αὐτὸν, ἀπέκτειναν, καὶ ἔξεβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος*. Filius autem ille ἀγαπητὸς, quod Marcus et Lucas addunt, quin ipsum Iesum indicet, nullus dubitare potest: nec minus certum est, vinitorum istorum imagine Phariseos significari. Vid. Matth. sect. 43, 45. et loca parallela. Constat igitur, Servatorem et hic praedixisse, a Phariseis se necatum iri. Argutius enim

(b) Varias de huius vocis significatione virorum doctorum opiniones, vide apud Kuinoelium, ad Marc. XII: 4. et v. Willes, *Spec. laud.* p. 133, 134.

enim videtur, Iesu verba apud Matthaeum ad eius crucifixionem extra Hierosolymam referre, quin et repugnat huic opinioni inversa horum Servatoris verborum apud Marcum narratio. Ex illa autem opinione vulgatam apud Matth. lectio nem oriundam atque iecirco reliquendam esse, ingeniosa quidem, at minus vera, ut videtur, Pauli coniectura est. Altera enim illa lectio, quam Paulus recepit, ἀπέκτειναν, καὶ ἔξεβαλλαν ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, in paucis tantum codd. habetur, et sine dubio ex Marco in Matthaeum fluxit.

Matth. XXVI: 28

Hoc loco Servator discipulis dicit: οἴδατε, οὐτὶ μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται· καὶ δὲ εἰδότε τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς τὸ σταυρωθῆναι. Secundo igitur, a quo haec praesignificabat, die, se hostibus traditum et crucifixum iri affimat. Paulus vero, *Comm. III. p. 512, 513.* aut illa Iesu verba post factis accommodata esse ab Euangelista putat, aut hypothetice sumenda esse, hoc modo: „Dei praecepto de Paschatis festo celebrando volo obsequi, quemcunque id habeat effectum. Antequam vero illud praeceptum Hierosolymam adire me iubet, meorum invidiae inimicorum me haud expono”, atque adeo, nec mirum, illud εἰς τὸ σταυρωθῆναι alto silentio tegit. Sed vel dicendum est, Euangelistas

Ilistas Iesu verba mutasse et post factis accommodasse, quam tamen opinionem ad Matth. XVI: 21 cet. iam refutavimus, vel concedendum est, definite Iesum hic suam crucifixionem praesignificasse,

Matth. XXVI: 12.

coll. Marc. XIV: 8. Ioh. XII: 7.

Servator, cum Bethaniae in Simonis leprosi domo accumberet, a Maria, Lazari sorore, unguento perfundebatur. Qua de unctione disputatur inter viros doctos. Alii enim diversam illam putant ab ea, quam memoriae prodidit Iohannes, c. XII. alii pro eadem habent. Qui priorem sententiam tuentur, ut Macknightus, *Harm.* Tom. III. p. 234-236. in not. ad vs. 2. ter Iesum unctum esse existimant, prima vice apud Simonem Phariseum, Luc. VII: 36. secunda apud Lazarum, Ioh. XIII. tertia apud Simonem leprosum, Matth. XXVI. Marc. XIV. Plerique autem interpretes *posteriori* faciunt sententiae, ac vel bis unctum esse Iesum a muliere statuunt, ut cum aliis bene multis Paulus et Kuinoelius, vel semel tantum, ut Grotius, in quo tamen errare videtur. Vid. v. Willes, l. l. p. 142. Quicquid sit, (in nostra enim causa nihil refert, quaminam assimas sententiam:) Iudas Iscariotes (Ioh. XIII: 4.)

con-

consentientibus caeteris discipulis (Matth. XXVI: 8.) nihil mali suspicatis, aegre ferebat tanti pretii iacturam: „dandum illud”, inquit, „fuerat pauperibus”. Iesus vero Mariam excusans, inter alia, haec dicit: *pauperes semper vobiscum habetis, me non item; πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με ἔποιησεν.* Marcus: *προέλαβε μυρίσαι μου τὸ σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμὸν,* Ioh. *εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετύρηκεν αὐτό.* Quicquid igitur sumas, *vel* Mariam Iesu mortem praesagiisse, *vel* auditis eius vaticiniis credidisse, Magistrum brevi post necatum iri, *vel* denique insciam illud fecisse, Servatorem autem eius factum ita interpretatum esse, hoc duntaxat certum est, prae-significasse hīc Iesum, se brevi post interfec-tum et sepultum iri.

Ioh. XII: 23, 24.

In magna Iudeorum multitudine, quae Paschalis festi celebrandi causa undique Hierosolymas confluxerat, nonnulli *Ἐλλῆνες* erant: non Iudei, extra Palæstinam degentes, nec alienigenae, sed ex his Profelytae. Conf. Noesselius, in *Interpr. Gramm. loci Ioann.* XII: 20-33. *Opusc. Fasc. II. p. 5.* seqq. Hi igitur Profelytae, audita fama de Iesu stupendisque ab eo editis miraculis et viso solenni eius in urbem introitu, futuro regi, ut videtur, sese commendare volentes, videre eum cum eoque colloqui cu-piunt.

piunt. Quod cum Philippo, Philippus Andreae, uterque vero Magistro indicasset, hic: ἐλήλυθεν ἡ ἥρα, inquit, οὐαὶ δοξασθῆ ὁ νίδης τοῦ ἀνθράπου. Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν· ἔτιν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου, πεσὼν εἰς τὴν γῆν, ἀποθάνῃ, αὐτὸς μένος μένει· ἔτιν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. Itaque Iesus non negat, sed affirmat potius, regia se fructum esse dignitate, at prius vero, quam ad summum illud honoris fastigium escenderet, mortem sibi subeundam esse dicit. Egregia enim illa similitudine, quae cum gravitate adiunctam habet suavitatem maximam, quid aliud Servator indicare voluit, quam mortis sibi subeundae necessitatem, ad gloriam regnumque obtinendum? Qua de re saepius iam dixerat. Vid. Ioh. III: 14. Matth. XVII: 12, et loca ibi allata.

Ioh. XIII: 10, 11, 18, 21-27.

coll. Matth. XXVI: 21-25. Marc. XIV: 18-21. Luc. XXII: 21-23.

In lavandis discipulorum pedibus cum Servator ad Petrum venisset, hic primum, nolle se, dicit, tam servile officii genus sibi a Magistro praestari, mox vero, a Iesu admonitus, non tantum pedes, sed et manus et caput lavari cuperit. Servator autem pedum lotionem sufficere affirmat; qui pedibus lotus sit, eum purum esse:

se: καὶ ὑμεῖς, inquit, καθάροι ἔστε, ἀλλ' οὐχὶ πάντες. (Ioh. 10.) Quod Iesu dictum Iohannes ita interpretatur (b): ἦδει γὰρ τὸν παραδίδοντα αὐτὸν διὰ τοῦτο εἶπεν· οὐχὶ πάντες καθάροι ἔστε. sect. II. Addit alia Servator, e quibus discipuli subobscurè intelligunt, unum ex iis, qui cum ipso cibare solerent, infesto erga Magistrum esse animo. (Ioh. 18-20.) Quae tamen omnia vindicantur nihil quicquam Iudam commovisse. Etiamnum securus et tranquillus erat, certe videbatur, ac si integer vitae scelerisque purus esset. Itaque Iesus, visâ hominis contumaciâ, ipse animo turbatus, iam paulo luculentius enunciat, quod modo dixerat obscurius: ἀμὴν (Ioh. more suo habet ἀμὴν, ἀμὴν,) λέγω ὑμῖν· ὅτι εἰς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με, ὁ ἐσθιων μετ' ἐμοῦ. (Matth. f. 21. Marc. f. 18. Ioh. f. 21.) Adspiciunt se invicem discipuli, quod nec proditor neglexerit, forte et crebrius, nunc in hanc, nunc in illam partem capite verso. Ut adeo fideles Iesu discipuli, perversam Iudei, simulandi artem optimè callentis, in dolem nondum perspectam habentes, dubitent, quemnam istud Magistri dictum spectet, (Ioh. f. 22.), atque inter se rogent, quis tandem scelus tam nefandum sit patraturus.

(Luc.

(b) Solere Iohannem eorum, quae ab Iesu dicta referat, interpretem agere, vidimus ad eius Euang. c. II: 19. p. 10, 11. Conf. Henckii Comm. ibi laudata.

(Luc. f. 23.) Mox ad Iesum se convertunt singuli quaerentes: „egone is sum, Domine?” (Math. f. 22. Marc. f. 19.). Respondet ille: „unus e duodecim me prodet, qui tecum manum in catino intingit” (c) Matth. f. 23. Marc. f. 20. Luc. f. 21.) et miserrimam proditoris sortem praesignificat, (Matth. f. 24. Marc. f. 21. Luc. f. 22.) Tum Petrus Iohanni innuisse videtur, atque hic, admoto Iesu auri ore, percontatus esse, de proditore. Cui submissa

Ie-

(c) Illud ὁ ἵμιβάψας μετ' ἡμοῦ ἐν τῷ τρυπλίῳ τὸν χεῖρα, indefinite tantum dictum est et significat: *qui tecum edidit*, vel potius *qui tecum ex eodem catino edit*, edere solet, conf. Luc. 21. (vid. Erasmus, Grotius, Beza, Kinoelius.) erant enim plures. Haud quaquam igitur cum Paulo ad l. Comm. III. 570, 571. ita accipiendum illud est, ac si ipso illo temporis articulo Iudas cum Iesu manum in catino intinxerit. Quis enim putet, edisse illos in tanta animorum commotione? Deinde fuisset hoc manifestum et indubitatum signum, ut Erasmus recte monet, quo dato, iterata Petri et Iohannis percontatione haud opus fuisset. Denique assumta illa Erasmi aliorumque sententia, nulla causa est, quare, cum Paulo, l. I. sumas, dixisse Iesum illud uni Iohanni, cui opinioni et Iohannis percontatio repugnat, et quod Marcus habet f. 20. οὐκ ἀδρός. Servatur ita et Marci auctoritas, qui, ex Pauli sententia, illud ἀδρός imprudenter addiderit, atque hoc additamento rem perverse narraverit.

Iesus voce: ἐκεῖνός ἐστιν, inquit, ὁ ἐγώ βάπτισ
τὸ ψωμὸν ἐπιδώσω. Porrigit autem bucceam Iudee
Iscariotae, (Ioh. 21-26.) qui se indicatum
putans ac sentiens, forte et ex Iohannis vultu
hoc intelligens, submissa itidem, ut videtur,
voce, e Iesu quaerit: *egone is sum, Magister?*
vel, ut Paulus I. l. illud vertit: *ich werde
doch dieser nicht seyn sollen, Lehrer!* Respon-
det Iesus: *οὐ εἰπας, tu dixisti, est, ut dicis.*
Quod caeteri tamen discipuli non audivisse, vel
certe non intellexisse, videntur. (Matth. 25.) (d).

His igitur in locis Servator luculentissime
praesignificavit, ab Iuda Iscariota se proditum iri:
de quo cum dubitari nequeat, non est, quod
plura hīc moneamus. Unum hoc addere liceat,
Iesu dictis quamdam inesse gradationem. Mihi
certe videtur Servator, in indicando proditore,
pedetentim et gradatim procedere. Primum
enim, post lavatos singulorum pedes, universe
tan-

(d) In harum rerum dispositione, secutus sum ordi-
nem rerum, in ultima I. C. coena gestarum, quem
dilectissimus Promotor ex sua sententia habendum
esse, aliquando in paelect. suis monuit. Quod autem
ad discrepantiam attinet, quae Matthaeum inter et
Lucam intercedit in rebus ordinandis, cum ex aliis
indiciis, e. c. Luc. c. IX. 51-57. de quo vid. By-
naeus *de morte I. C.* II. p. 12, 13. tum ex hac ipsa,
de qua agimus, narratione, tuto efficiatur, Matthaeum
maiores curam adhibuisse, in temporis ratione sequen-
da, quam Lucam.

tantum dicit, non omnes puros esse; deinde affirmat, ab uno ex omnibus, qui aderant, discipulis, se proditum iri; porro magis definite ab uno ex iis, qui ex eodem cum ipso catino edebant, se traditum iri indicat; tandemque definite ipsum proditorem significat. Qua in gradatione, si vere locum habeat, et animus Iesu commotus, et maxima eius sapientia, observari possunt. De Iudee indole et in prodendo Iesu consilio, diximus ad Ioh. VI: 70. p. 46-51.

Matth. XXVI: 26-29.

coll. Marc. XIV: 22-25. Luc. XXII:

19, 20.

Postquam abierat proditor, Servator sacram instituit coenam. Scilicet, sumto pane actisque Deo gratiis, (*εὐλογήσας*, pro quo in aliis codd. et versl. habetur *εὐχαριστήσας*, (e) quod Erasmus, Millius et Wetstenuis preferunt, Griesbachius vero tuerit vulgatum *εὐλογήσας* in *Commentario Critico* et secunda N. T. editione, cum in prima, Semlerum fecutus, utrumque reieceret;) fractum illum singulis distribuit discipulis dicitque: λάβετε, φάγετε τοῦτο ἐστι τὸ σῶμά μου, (addit Lucas: τὸ ὑπέρ συνδιδόμενον. τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.) Si-

(e) Variantem hanc lectionem nostrates etiam annotarunt in not. marg. ad versl. Belg.

militer, poculum iis porrigens, πίετε, inquit, ἐξ αὐτοῦ πάντες. Τοῦτο γὰρ ἔστι τὸ αἷμα μου, τὸ τῆς κακιᾶς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἀμαρτιῶν, (Lucas: τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ κακὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον.) Quibus Servator, apud Matthacum et Marcum, haec addit: λέγω δὲ ὑμῖν, δτ: (addit Marcus οὐκέτι) οὐ μὴ πώ απ' ἄρτῳ ἐκ τούτου τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου, ἔως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὗτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν κακιῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρός μου. (Marcus τοῦ Θεοῦ.) quo dicto Servator poculum ipsi a discipulis oblatum negasse, aut certe rationem dedisse videtur, quare ipse solus non biberet.

Nolumus hac occasione de eo disputare, num Iesus hīc instituerit ritum μυημονεύτικον, quod cum a nostri instituti ratione alienum videri possit, adeant lectores Kuinoelium, imprimis vero Cl. van Hengel, in Diatr. *ten betvoege, dat de Doop en het Avondmaal, naar het oogmerk van Jezus instelling, door alle tijden dezer wereld moeten voortduren*, in Novis Opp. Soc. Hag. *pro vindic. relig. Christ.* edd. a. 1811. §§. 4, 5. Id tantum ex Iesu dictis effici volumus, illum mortem suam violentam, iam iam instantem, hīc præsignificasse. Quod enim de violenta morte dicimus, id quam luculentissime patet, cum ex eo, quod fractum panem cum suo corpore, effusumque vinum cum sanguine suo comparet, (vid. et dicta ad Ioh. VI: 51. seqq.) tum ex

ex hoc additamento, sanguinem illum effusum iri in peccatorum condonationem, qui salutaris effectus morti eius fere solet adscribi, ut sanctius iam vidimus. Deinde mortem suam Servatorem sibi propositisse, ut iam iam instantem, ex eo manifestum est, quod neget, se ab hoc inde tempore vino fructurum esse cum discipulis, donec etc. Caeterum non est, quod cum Paulo I. l. p. 579. putet, subiisse Iesum, inter frangendum panem, mortis suae imaginem. Vid. *Krit. vom Dr. Paulus Komm.* p. 165.

Ioh. XIII: 31. — XVI.

In his egregiis Iesu sermonibus, quibus discipulos ad suum discessum praeparat, eosque ultima vice adhortatur et consolatur, cum abiatus sui et reditus passim mentionem faciat, de his dicendi formulis videndum nobis est, eorumque refellenda erit opinio, qui, ex horum sermonum argumento et ratione, veritatem vaticiniorum, a Iesu editorum de suo in vitam reditu, impugnent.

Ioh. XIII: 33, 36.

Fideles suos discipulos Magister optimus blando illo *terrena* alloquitur iisque dicit: per breve adhuc tempus vobiscum ero; (idem fere, at paulo obscurius dixerat Iudeis c. XIII: 35.) infat

stat hora, quā a vobis morte divellar: tum quae-
retis me, sed, ut olim dixi Iudeis: (c. VII;
34. VIII: 21. ad quae loca vid. Kuinoelius.)
quo ego abeo, vos non potestis venire, id et vo-
bis nunc dico. Petrus autem, qui, quounque
Magister abiturus erat, illuc et se venire posse
putabat, Iesum interrogat: ποῦ ὑπάγεις. Servator
autem: ὅπου ὑπάγω, inquit, οὐδὲ δύνασαι μοι νῦν
ἀκολουθῆσαι. Υἱερον δὲ ἀκολουθήσεις μοι. Itaque in-
definito loquitur de abitu suo, qui intelligendus
videtur de abitu in mortem, de quo et Petrus
illum accepisse videtur, vid. f. 37. et per cum
in coelestes sedes. Illuc Apostoli eum sequi
nondum poterant. Nondum enim idonei erant
ad bibendum poculum, quod ipse bhibiturus erat,
ut dixerat Iacobo et Iohanni, et multa adhuc iis
incumbebant in hac terra peragenda: aliquando
vero in mortem et beatas illas sedes erant illum
secuturi.

Ioh. XIV: 3.

Discipulos, quos moestitia occupaverat et tene-
bat, auditis tristissimis illis verbis, in primis de Ma-
gistrī discessu, Iesus consolatur; tristitiam illam
abiiciendam esse monet; credendum esse Patri,
et ipsi credendum esse; (utrumque enim πιστεῖτε
ut imperandi sensu sumamus, suadere videtur
simplicitas in interpretando:) in paterna domo
multa esse habitandi loca. Sin minus, inquit, εἰπεν

*εν Σπήν, dicerem, vel, ut alii vertunt, dixissem
vobis.* Ita enim haec adiungenda esse puto praecedentibus, cum Beza, Belgis, Grotio, Moro, Kuinoelio, aliis; quamquam non desunt, ea cum subsequentibus connectentes, hoc modo: *dicerem, vel dixissem vobis: profici-*
scor illuc, ad locum vobis parandum, — et tum
redibo etc. Ita nimirum Erasmus, Herwerden ad l. *Anon.* in Eichh. Bibl. VII. 1032,
1033. alii. Prior enim interpretatio simplior videtur, atque siccirco preferenda. *Similitudo autem, inquit Grotius, eumque ver-*
botenus fecutus Rosenmuller us, sumta est
ab uno comitum, qui in itinere praegressus ad
divisorium, ibi caeteris cubicula assignat, et
efficit, ut venientibus parata sint. At preferenda videtur opinio, qua allegoriam sumtam esse statuas a filio, qui, post peregrinationem, in domum paternam redux, in eam secum dicit, quos habuit itineris sui comites et amicos. Conf. Brinkius, *het afscheid van Jezus van zijne leerlingen*, p. 60, 61. Quicquid vero sit, illud certum est, verba πάλιν ἐρχομαι non posse referri ad Iesu in vitam redditum, sed sumenda esse de cura et auxilio, quo praefens iis afforet, in paternam eos ducturus domum.

Ioh. XIV: 18-20.

Ut discipulorum tristitiam auferret, sect. 16.

H

et

et 17. dixerat Iesus, se Patrem rogaturum esse, ut spiritum veritatis iis daret, qui semper cum iis maneret. At ne hoc quidem poterat eos consolari. Scilicet futurum erat, ut suo carerent Magistro. Itaque Iesus, sect. 18-20. iterum de *reditu* suo mentionem facit. Quid autem, cum redditum se esse dicat, intelligat, de eo non una est Interpretum sententia. Nonnulli ad tempus missi Spiritus S. illud referunt, ut Ven. Stronckius, in Spec. laud. p. 81. et Anon. in Eichh. Bibl. p. 1033-1036, qui „, *iccirco*“ inquit, „, videtur mihi Iesus velle dicere, quo-
 „, niam Spiritus veritatis apud vos manebit, non
 „, relicti eritis a me, quamquam nunc a vobis
 „, discedam, per hunc Spiritum ad vos veniam“
 p. 1035. Et illud θεωρεῖν, sect. 19. de *praesentia* Iesu *spirituali*, et *recta personae et doctrinae eius cognitione*, explicat. Ita vero τὸ θεωρεῖν improppio, τὸ οὐ θεωρεῖν proprio sensu intelligenda esent, quamquam in illis manifesta disiunctio adest. Quae loquendi ratio nullo probari possit exemplo. Vid. Süskindius, in Flattii Mag. P. VII. p. 186-190. Deinde orationis contextus, quem sibi fixxit eius ingenium, sectionem 18. arctissime coniungendo cum sect. 16, 17. nescio an non male fese habeat: longe certe probabilior illa cohaerentia videtur, quam supra assumsi, ut adeo Iesus, ad consolandos discipulos, duabus utatur argumentis, altero ex Spiritus S. missione, altero ex suo

suo ipsius reditu, desumtis. Ita et Grotius, Süskindius, l. l. Kuinoelius, et Tittmannus, ad l.

Alii Iesu dicta intelligi volunt de uno eius *in vitam reditu*, ut Grotius, v. Herwerden, Brinkius, p. 82 - 86. et Süskind. l. l. Cui tamen interpretationi, *primum*, obstat Iesu promissio, sect. 18. οὐκ ἀφίσω ὑμᾶς ὅρφωνος, quod referri nequit ad breve illud temporis spatium inter eius in vitam reditum et ascensum in coelum, quo per aliquot tantum vices se vindendum praebuit discipulis. Vid. Kuinoelius ad l. Deinde obstat promissio *vitae*, qua fruituri tum erant discipuli, *beatae: ναὶ υἱοῖς ζητεόθε*. (f) s. 19. Quod haudquam verti potest, vel *superstites adhuc vos inveniam*, cum nostratis in not. marg. ad h. l. Grotio et Brinkio, p. 86., vel cum Süskindio et Tittmanno, *tum reviviscetis et vos, qui nunc tam exanimati estis et moesti*. Obstat porro, quod Servator dicit s. 21. ἐμφανίσω ἐμαυτὸν non nisi ei, qui praecepta mea servat meque amat: quippe quae conditio deinceps praestanda erat. Obstat denique vocum *λειπεῖν* et *ἐμφανίζειν* explicatio, ab ipso Iesu data s. 23. ubi verba πρὸς αὐτὸν ἐλευθέρεθε, ναὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν, haud possunt accipi de uno Iesu *in vitam reditu*,

(f) ζητεόθε in N. T. saepissime significat beate rivere. Vid. Schleusnerus, in Lex. ad voc.

quandoquidem eius adventus coniungitur cum adventu Patris. *Venire* autem ad probos homines Deus Iesusque dicuntur, cum iis succurrant, propitii iis adsint suoque favore eos prosequantur, et *mansionem apud eos facere*, cum continuo iis adsint suoque favore eos prosequantur perpetuo. Conf. inter alios Donker Curius, *Spec. l.* p. 84. seqq. aliisque locis, qui conferri iussit Apoc, III: 20. et recte quidem; in primis autem conferenda est Apoc. XXI: 3. Conf. et Morus.

Paulus, l. l. haec, de quibus disputamus, Servatoris dicta referenda esse putat, ad longe remotum redditum e sedibus coelestibus, in quibus eum visuri erant discipuli, (coll. f. 2-4.) atque illud γνώσεσθε, οτι ἐγώ εν τῷ πατρί μου ο. τ. λ. f. 20. hoc modo explicat: *penitus intelligitis, me cum Patre esse* etc. Sed, hac assumta sententia, apostoli in altera demum vita ad hanc cognitionem pervenisse dicendi essent, quod nemo tamen facile concedat. Deinde nihil aliud hoc Servatoris dictum contineret, nisi doctrinam de animorum immortalitate, de qua tamen apostolis iam dudum persuasum erat. Conf. Süsskindius, l. l. p. 191. not. 11^b. Denique animadvertis velim, significationem, quam cl. Paulus formulae εἰμι εὐ τινὶ tribuit, esse falsissimam. Haec enim formula in N. T. in primis ab Iesu et Iohanne ita usurpatur

tur (g), ut significet, *esse in aliquo*, i. e. arctissime coniunctum esse cum aliquo, numquam vero, ut cl. Paulus putat; *esse apud aliquem.* Conf. Stronckii *Diss.* I. p. 176 sqq. Süsskindius, l. l.

Unaquaeque igitur harum sententiarum cum suis prematur difficultatibus, aliam in medium proferre mihi liceat. Scilicet Christus indefinite tantum dicit, *se redditum esse:* quae laeta vox non poterat non discipulos consolari. Puto autem, esse illud referendum, et ad eius in vitam redditum, et ad redditum eius e sedibus coelestibus. Quam sententiam si assumas, omnia bene fluunt et evanescunt allatae contra caeteras sententias dubitationes. Servatoris igitur dicta sic interpretor: *ne moesti sitis, filii mei! non deseram vos pupillos: redeo ad vos,* (intellige, *cum redditum in vitam, tum eum, quo in paternam eos duc-*

(g) Nonnunquam et a Paulo ap. illa formula ita adhibetur. Conf. Rom. VIII: 1. 2 Cor. V: 17. XII: 2. laud. a doct. H. I. Royaards, in Disp. inaug. de altera Pauli ad Corinthios epistola et observanda in illa apostoli Indole et oratione, Trai. 1818. p. 143. not. I. Add. 1 Cor. I: 31. ubi plena formula occurrit *opus iste in X.* I. nisi malis, in explicando hoc loco, No es feli cum sequi. Vid. Opuse. eius Fase. II. p. 230 sq. qui tamen in eo certe errat, quod hanc formulam, eo sensu adhibitam, in Pauli epistolis haberi negat.

turus erat domum). Breve adhuc tempus est, et mundus (profani homines (*h*)) me non conspiciet; vos autem me conspicietis; (erant autem cum visuri, et in hac et in altera vita) nam ego vivi (vivam, in vitam cum rediero, vita fruatur beata) vosque mecum beata fruemini vita. Illo die (eo tempore, quo scilicet eum visuri erant post eius in vitam redditum) cognoscetis, (penitus cognoscetis) me esse cum Patre arctissime coniunctum, vosque mecum, et me vobiscum. Eodem fere modo, Kunoelium et Tittmannum Iesu dicta explicasse, video. In eo tamen ab iis dissentiri liceat, quod τὸ θεωρεῖν, non de *visibili* et *invisibili* Christi praesentia, sed de illa tantum accipiendum esse putem. Scilicet visuri eum erant discipuli, post eius in vitam redditum, tum hac in terra, tum in coelesti Patris domo. Temporis autem intervalum, quod utrumque erat disiuncturum, Servator silentio praeterit. Admodum enim brevis foret ista Magistri a discipulis absentia, neque iis molesta, ut adeo res apte proponi ita posset, ac si nullum tempus, inter τὸ θεωρεῖν in hac et altera illa vita, foret intermedium, nullaque esset intercapedo.

Io. h.

(*h*) Voce ἄνθρωπος saepe significari *homines*, specie-
tim *homines profanos*, cuique notum est. Vid.
Schleusneri Lex. in voce n. 4. Stronckii
Diss. I. p. 149, sqq. et Donker Curtius, Diss.
I. p. 65 sq.

Ioh. XIV: 28.

Discipulorum animos, etiamnum tristitia occupatos, Magister denuo reditu suo consolatur. *Audivistis*, inquit, *me vobis dicentem: „abeo et redeo ad vos.”* Manifestum autem est, abitu illum non tantum de morte eius intelligendum esse, sed et de abitu eius ad Patrem. Etenim illud ὑπάγω mox a Iesu commutatur cum πορεύεμαι πρὸς τὸν πατέρα, qui abitus uberrimus iis foret laetitiae fons. Itaque et hoc loco mortem suam, cum abitu ad Patrem, arctissime coniungit, (nec mirum; erat enim per illam viam ad Patrem profecturus:) atque ita et reditus ille referendus erit ad resurrectionem eius e mortuis, et ad illud tempus, quo erat aliquando e sedibus coelestibus redditurus. Caeterum vide et ad h. l. interpres, supra laudatos.

Ioh. XVI: 16, 19 seqq.

Cum multa, a Spiritu S. accipienda bona Magister iterum praedicaset, ut discipulorum animos placidos redderet et tranquillos, rursus illam *reditus* sui mentionem facit, quippe quā nulla major iis esset consolatio. Μήδου, inquit, καὶ οὐ δεωρεῖτε με· καὶ παλιν ψυχόν, καὶ ὀψεαλίμε, ὅτι (ἐγώ, quod est in vulg. ed. magno codicium consensu reiicitur,) ὑπάγω πρὸς τὸν πα-

*τέρπα: breve tempus est, et (i. e. tum, quo ex-
acto, vid. c. XIV: 19.) non videbitis me, ite-
rumque breve tempus, et (h. e. ut modo, tum,
quo etapso,) videbitis me; nam ego abeo ad Patrem,
apud quem una erimus et vivemus. Hoc enim
subaudiendum videtur.* Id ipsum fere dixerat,
c. XIV: 3. Ινα ὅπου εἰμὶ ἔγώ, καὶ ὅμεις ἦτε, et
f. 19. ὅτι ἔγώ ξώ, καὶ ὅμεις ξήσεσθε. Itaque et
hoc loco illud ὁψεσθαι referendum puto, et ad
Iesu in vitam redditum, et ad illud tempus, quo
in coelestis Patris domo ipsum visuri erant di-
scipuli,

At multi sunt, qui hoc Servatoris dictum uni-
ce de eius *in vitam redditu* intelligi velint, ut
Semlerus, Noeseltus, Opusc. Fasc. II.
34. Süskindius, l. l. v. Herwerden,
Kuinoelius. Alii aliter Iesu verba explicant.
Sunt enim, qui verbis παλλύ μικρὸν subaudiendū putent δεωρεῖτε με, atque illud ὁψεσθέ με
arctiori vinculo cum seqq. ὅτι κ. τ. λ. coniungunt,
hoc modo: *conspicietis me ad Patrem
abeuntem.* (referente Kuinoel.) Contra Noes-
eltus aliique (teste eodem) vocibus ὁψεσθέ με
subaudiri volunt μικρόν τι. Sed utraque ratio
contorta est et dura. Tertia Süskindii, v.
Herwerden et Kuinoelii ratio est, qui
Iesu dicta sic vertunt: *per breve tempus me non
videbitis, et iterum per breve tempus me videbi-
tis.* At sic vero copula καὶ, vel redundant, vel
pro τῷ dictum vertendum est *quo durante;*
cui

cui tamen interpretationi c. XIV: 19. plane repugnat. Praeterea ex ipsius Iesu explicatione, s. 20-22. et tristitiae in priori, et maximi gaudii argumentum in posteriori Iesu dicto, inesse debet. Assumpta vero ista interpretatione, utrumque non tantum perit, sed et contrarium existit. In illo enim: *per breve tempus me non videbitis*, parva tristitiae, magnaque gaudii causa inest; in hoc autem: *per breve tempus me videbitis*, quis tanti gaudii argumentum haberi putet, quantum Iesus mox describit?

Oppositam viam ingrediuntur *Anon.* in Eich h. Bibl. l. l. p. 1038. et *Paulus*, ad Matth. XVI: 21. negantes, Servatorem nostro loco indicasse, se hac in terra ab apostolis iterum visum iri et statuentes, hoc dictum esse unice ad mansionem eius in sedibus coelestibus referendum. Argumentum, ad hanc opinionem probandam, ducunt ex sect. 23, ubi Iesus ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, inquit, ἔμεινεν εἰπώντας οὐδέν, cum tamen post eius in vitam redditum aliquid ex eo quaesiverint, Act. Ap. I, 6. Posset forte haec difficultas ita tolli, ut, cum Kuinoelio, ad h. l. verba ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ non nimis pre mendata esse statuas, neque tam intelligenda esse de tempore, quod proxime resurrectionem Christi sequebatur, quam potius de omni tempore post Christi resurrectionem et in coelum reditum: quomodo et Suskindius, l. l. p. 195, 196. illa accepit. At dura tamen haec inter-

pretatio videtur. Nam dics, Christi in vitam redditum proxime insequentes, profecto et rese-
rendi sunt ad omne illud tempus. Itaque equi-
dem, ex varia verbi ἐρωτᾷν significatione, istam
difficultatem tollere malo. Duplex scilicet hu-
ius vocis significatio est, altera *interrogandi*,
altera *rogandi*, *petendi*. Prior significatio habe-
tur sect. 19. et 30. posterior sect. 24. Po-
steriore significationem nostro loco optime
convenire mihi persuadeo, ut adeo ἐρωτᾷν di-
cantur qui aliquid *petunt*, nominatim vero, in
hac verborum cohaerentia, qui *ulteriorem petunt*
institutionem. Ita si ἐρωτᾷν cum αἰτεῖν permuta-
ri statuas, nullum ex Act. I. 1. argumentum du-
ci potest, ad nostram sententiam refellendam.
Ita et Grotius aliique a Kuinoelio lau-
dati ad hunc l. verbum ἐρωτᾷν intelligi voluerunt,
repugnante tamen Noesfelto, Boltenio
et Kuinoelio, qui orationis contextum priori
verbi ἐρωτᾷν significationi favere putant. Mi-
hi tamen e contrario posteriori favere videtur
contexta oratio, si sectio 23^a. non tam cum s. 22.
quam cum s. 23^b. coniungatur. Quod ut faciamus,
nobis suader manifesta, quae s. 23. habetur,
oppositio: *illo tempore nihil quicquam a me, sed*
meo nomine a patre omnia petetis.

Et haec quidem hactenus de his Iesu dictis. Pau-
cis nunc videamus de argumento, quod, ex ultimo
hoc Servatoris sermone, a nonnullis ducitur, ad
infringendam vaticiniorum veritatem. Est au-
tem

tem huiusmodi: „ mira videtur res , quod ne semel quidem Servator in his sermonibus locutus fuerit, de suo in vitam reditu”. Habitū autem ab eo hi sermones sunt, paucis ante mortem horis, et ad consolando quidem discipulos; at ita tamen instituti sunt, ut multas contineant res, quibus percipiendis et ferendis apostoli, post Iesu in vitam redditum, magis apti fuerint, quam hoc tempore. Quid? quod si sperasvet et scivisset Magister optimus, se esse aliquando, et tribus quidem diebus post, in vitam redditurum, atque adeo se posse iterum discipulos hac in terra convenire et cum iis colloqui, quis putet, illum ista ratione eos allocuturum fuisse? Nonne, suos consolari cupiens, optimo etiam consolationis genere usus fuisse? Nonne hos, quos tanto prosequebatur amore, hoc modo allocutus fuisse: mei filii! ne lugete, post tres dies in vitam redibo, vobis iterum adero, unaque erimus? Nonne multa silentio praeteriisset, post breve admodum tempus iis indicanda? Certissime, ab eius sapientia et erga suos amore, haec exspectanda fuissent. Cum igitur, in ultimis his Iesu sermonibus, nihil eiusmodi quicquam, quin et contrarium habeatur, negandum est, exspectasse eum suum in vitam redditum, atque adeo tuto sumitur, cetera omnia loca, in quibus laetus ille eventus tam manifesto indicatur, ab Euangelistis esse immutata et postea factis accommodata”. Ita argumentantur *Anon.* in Eichh. Bibl. l. l. p.

1039, 1040. et Paulus, ad Matth. XVI: 21.

Comm. II. p. 523.

Sed, si vel nihil quicquam in medium proferre possimus ad hanc tollendam difficultatem, nequaquam tamen ea id valeret, ut de caeterorum locorum sententia satis manifesta dubitandum, iisque assentiendum esset, qui sibi persuadent, nec praevidisse, nec praedixisse Iesum suum in vitam redditum, omnia vero illa loca, quibus manifestae vaticinationes contineantur, esse ab Euangelistis immutata. Etenim, quam manifesta ac certa sit caeterorum locorum interpretatione, antea docuimus: et nunc etiam contendere audemus, Servatorem, in his ultimis sermonibus, quamvis tecte, indicasse tamen, se esse in vitam redditum. Quod si vel quis negandum esse putet, hunc acquiescere oportet in praeclara Iesu sapientia, qua, quid dicendum, quid tacendum eo fuerit tempore, probe sciverit. Nihil enim magis temerarium dici potest, quam ea reicere, quae certa sunt, et ea detorquere in alienam sententiam, quae sunt perspicua, propterea quod non videoas, quomodo alia, eaque minus perspicua, nec tamen contraria, cum iis componi commodissime possint.

Sed illorum argumentatio virorum forte possit inverti, et ex his ipsis Iesu sermonibus argumentum duci ad caeterorum *alios* locorum, in quibus certa ac luculenta Iesu vaticinia habentur, probandam. Quodsi enim illis in locis

Eu-

Euangelistae Iesu verba, addendo ac mutando, postea factis accommodaverint, quaenam causa erit, quare non similiter Iohannes, in tradendis his Iesu sermonibus eius dicta mutaverit? Unicuique enim, quamprimum hos intueatur sermones, mirum videri potest, deesse hic tam manifestam de Iesu in vitam reditu vaticinationem, quam alibi inveniat, praesentique discipulorum conditioni consentaneam facile putet.

Quamquam igitur contendimus, Servatorem, in his sermonibus, haud plane tacuisse de suo in vitam reditu, iidem tamen lubenter concedimus, eum haud manifesto laetum illum eventum hic praedixisse. Si quis vero quaerat, quare Iesus, licet suum in vitam reditum praeviderit, ita tamen fuerit de eo locutus, atque omnes hos sermones ita instituerit, est, quod respondeamus. Probabiles enim huius rei causae excogitari possunt. Et *primum* quidem Servatoris ad Patrem abitus finis foret, qui opus eius coronaturus erat. Apud Patrem enim summam erat dignitatem maiestatemque accepturus, ad quam obtinendam eius in vitam reditus non nisi via foret. Illius igitur dignitatis, qua, peracto suo opere, apud Patrem gavisurus erat, cogitatio imprimis eum ceperat et tenebat, cum iam iam, post plurimas gravissimasque perpessiones, mortem esset subiturus violentam. Hac spe erigebatur, propositam hanc gloriae coronam intuebatur, atque ita, ut ait auctor epist. ad Hebr. XII: 2. *avt;*

τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς, ὑπέμενε σταυρὸν;
αἰσχύνης καταφρονήσας. Quid mirum igitur,
quod dicentem eum toties audiamus: ὑπάγω, πο-
ρεύομαι πρὸς τὸν πατέρα; quid mirum quod dicat:
δόξασθν με σὺ πάτερ, παρὰ τεκνοῦ τῇ δόξῃ, ἢ
εἰχον — παρὰ σοὶ, quamvis probe cognosceret,
se esse tertio post mortem die in vitam redditū-
rum? Deinde nec plane tacet de suo in vitam
reditu: caeteraque eius dicta de suo ad Patrem
abfū non tantum ei non repugnant, sed illum
potius ponunt et involvunt. Porro, ut suum in
vitam redditum non tam luculentē indicat, ita
nec mortis suae iam iam instantis manifestam
mentionem iniicit, sed, euphemismo, quem di-
cunt, usus, mortis commemorationem reticet
eamque suaviori voce abitum dicit, ne augeat
etiam discipulorum moestitiam, eorumque ani-
mos magis etiam perturbet. At vero, si ma-
nifesto suum in vitam redditum indicasset, lucu-
lenter etiam de sua morte dicere debuerat. Cu-
ijs facta mentione, discipuli certissime, aut non
intellecturi, aut neglecturi fuisent, prouti antea,
illum in vitam redditum: atque adeo laeta huius
annunciatio nulli iis consolationi fuisse. Quar-
to, avocandi erant discipuli a rebus terrestribus
et a visibili Iesu praesentia: somniaque illa, de ter-
restri rege regnoque terrestri, ex eorum animis
expellenda erant. Hinc non nisi tecte suum in
vitam redditum indicat, omnesque hos sermones
ita instituit, ac si haud posset iterum in hac ter-

ra cum iis colloqui. Hinc toties de suo ad Patrem abitu loquitur. Hinc et praedicit, eos multa passuros esse a profanis hominibus. Age vero, sume, dixisse Iesum iis: *ne lugete, filii mei! post tres dies iterum vobiscum ero;* eosque hoc Magistri dictum probe intellexisse, quod ex eorum, quibuscum nobis res est, sententia sumendum fore, num Servator sapienter egisset, optimumque consolationis genus elegisset? Nonne perversas discipulorum opiniones fovisset et confirmasset? Nonne hi facile et quasi sponte in hanc inducti fuissent opinionem, post tres dies Servatorem semper ipsis affuturum et terrestre regnum suum esse conditum? Si vero et nunc Iesu verba non percepissent, nulla etiam causa fuit, quare de suo in vitam reditu rursus mentionem faceret, cum fuerit saepius iam de eo locutus. Tandem, si Iesu iam aperte praedixisset, se tertio post mortem die in vitam esse redditum, discipuli que hoc plane intellexissent, horum, et animi affectiones, et mores, vix componi potuissent ad rerum adiuncta, in quibus, patiente moriente que Iesu, positi fuerunt. Quid? quod, videntes eius perpersiones ac mortem, de instanti Victoria forte immoderate et intempestive glorianti fuisse. Nos autem tam certi haud fuissemus de veritate reditus Iesu in vitam, quam nunc sumus, cognitis eorum dubitationibus et diffidentia. Denique, post suam in vitam redditum,

Ser-

Servator per paucos tantum dies, neque, ut antea, cum discipulis conversaturus erat. Quae igitur etiamnum dicenda iis habebat, ante mortem dicenda erant. Et quis dubitet, ut recte Noeseltus ait, *Opusc. Fasc. II. p. 27.* quin eius sapientia aptissima quaeque et maxime exquisita complexa fuerit, quae ab ipsa iam paene morientis amici persona vim atque commendationem maximam haberent? Praeterea hoc ipsum, quod, per breve tantum tempus eaque ratione in hac terra se iis conspiciendum esse, Servator sciret, novum argumentum praebet, ad refellendam dissentientium opinionem et admirandam Iesu, cum sapientiam, tum erga suos amorem. Scilicet eius in vitam redditus, in se spectatus, non adeo iis erat profuturus; nam per aliquot tantum vires cum visuri erant discipuli. Noluit igitur de eo iam aperte loqui, atque hoc argumento uti ad eos consolandos, ne, subito ipso discedente spe sua falsi, maxima iterum afficerentur tristitia. Majuit autem dicere de suo ad Patrem abitu et reditu, quippe ex quo sciret, quaevis bona esse in Apostolos redundatura: (c. XVI: 7.) cum praeterea in Patris domo semper cum iis foret et vitam degeret beatam, eamque semi-piternam. Neque dicat quis, ita sumi, quod probandum erat, scivisse Iesum, se, per paucos tantum dies atque ea ratione, post suum in vitam reditum, cum discipulis conversaturum esse. Quaestio enim, de qua agitur, haec est: num ul-

ultimi Iesu sermones convenient cum hac assumptione, eum suum in vitam redditum praevideisse et praescivisse. At hoc si sumas, et illud tuto sumitur.

Caeterum nemo putet, nonnulla hic allata inverti posse, ad vaticiniorum ab Iesu de suo in vitam redditu editorum impugnandam veritatem. Est enim, in editis illis vaticiniis habitisque his sermonibus, et temporis, et adiunctorum ratio habenda.

Matth. XXVI: 31, 32.

coll. Marc. XIV: 27, 28.

Cantato hymno, Servator cum discipulis ad montem olivarum exit, atque inter eundum, ut videtur, haec iis dicit: πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν τῇ γυναικὶ ταύτῃ γέγραπται γάρ. πατάξω τὸν πομφένα, καὶ διασκορπισθήσεται (i)

τὰ

(i) Pro singulari διασκορπισθήσεται nonnulli codices, et apud Matthaeum, et apud Marcum, pluralem διασκορπισθήσεται habent, quod cum minus Graecum sit, a Paulo praeferuntur. Et fortasse recte. Etenim „Graeci veteres,” ut notat Kuinoelius ad Marcii c. III: 11., nomina neutra pluralia sequi inbeat verba et singularia et pluralia: Attici vero medi et recentiores nominibus huius generis addebant verba tantum singularia; sed Dialectus Macedonica nova et Alexandrina revocavit genus constructionis horum verborum, quo veteres Graeci usi sunt, ita tamen, ut et

τὰ πρόβατα τῆς ποιησίας. μετὸς δὲ τὸ ἐγερθέντα
με, προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γολυγαλανόν. Αρπαζόντες
εσται τοιαῦτα, καὶ τὸν ἀρχηγόν, τὸν σκορπιότοπόντες
εἰς τὰ Ιδια, καὶ ἐμὲ μόνον ἀφήτε, c. XVI: 32.

Hic igitur praedixit, discipulos ad unum omnes, ipsa illa nocte, offensum iri, σκανδαλισθήσοντες, quod Schleusnerus, in *Lex. advoc.*
et *Kuinoelius*, ad I. vertunt: *me doctorem
deseretis, ab officio discipuli deficietis.* Et recte
quidem, quoad sensum, ut videre est ex allato
Zachariae loco, et ex laud. Ioh. loco; quoad
ipsam vero verbi significationem, male. Est
enim σκανδαλίζεσθαι, offendī obſtaculo, in via
posito. Ut igitur quis lapide aliove obſtaculo,
in via iacente, offensus movetur ac titubare in-
cipit, sic iis, quae Iesu eventura erant, offensi,
vacillaturi erant discipuli in fiducia et fide Chri-
ſto debita: cuius rei consequens foret ipsorum
fuga. Partim igitur recte interpretatus illud
est Euthymius Zigabenus, cum, ref.
Kuinoelio, ad I. τὸ σκανδαλισθήσοντες positiū
dicat, ἀντὶ τοῦ σκλευθῆσον τὴν εἰς ἐμὲ πλοτίν,
Ἄγουν φεύγεσθε. Servator autem hic laudat Za-
chariae c. XIII: 7. quod tamen non ita in-
tel-

in scriptis et in sermone quotidiano verba pluralia
praetulerint singularibus". Conferri et iuber Fische-
ri *Animm.* ad *Weller.* Vol. III. p. I. p. 345
seqq.

telligendum est, ac si Zacharias hanc discipulorum fugam praedixerit; sed tale quid hic eveneturum erat, quale scriperat Propheta. Notum enim est et iam ab omnibus concessum, multa veterum Prophetarum dieta per aliquam accommodationem in N. T. adhiberi. Videtur praeterea hoc Zachariae dictum tunc in proverbium abiisse, quae Grotii opinio est, a Kuinoelio confirmata. At vero apostoli non semper disiuncti a Magistro forent. Hic, post suum in vitam redditum, iis praeditus erat in Galilaeam. Qua quidem vaticinatione nulla potest edi luculentior. Ut adeo ridiculos se praebent Paulus, l. l. et Schererus, p. 129. cum haud definiri dicant, utrum Iesus eset corpore, an vero spiritu discipulis praeditus in Galilaeam! Caeterum vide ad Matth. XVI: 21.

Ioh. XIII: 38. Matth. XXVI: 34.

coll. Marc. XIV: 30. et Luc. XXII: 34.

Vaticinium Iesu de Petri negatione ab omnibus Euangelistis litteris mandatum est. At, in narrationibus eorum componendis, in diversas viri docti abeunt partes. Nonnulli enim eandem ab omnibus narrari vaticinationem putant. Alii vero, aliam a Iohanne, aliam a Luca, aliam denique a Mattheo et Marco tradi volunt. Existimant alii, vaticinationem Iesu apud Iohan-

nem eandem esse cum ea, quae apud Lucam habetur, diversam vero ab ea, quam Matthaeus et Marcus referunt. Sunt denique, quibus narratio Iohannea a reliquorum narratione diversa videtur, quorum sententiae equidem lubenter subscribo, ut adeo, primum in coenaculo, deinde in via ad montem olivarum, Servator illud vaticinum ediderit. Conf. Bynaeus, *de morte I. C.* Tom. II. p. 7-13.

Quicquid vero sit, hoc certum est, Iesum definite praesignificasse, se ipsa illa nocte a Petro ter negatum iri, priusquam gallus gallinaceus cantasset, vel, ut distinctius etiam Marcus habet, priusquam *bis* (δις) cantasset: quod quomodo cum caeterorum Euangelistarum relationibus conciliandum sit, de eo conf. Gerhardi, Rusius et Macknightus, in *Harmonia* v. Willes laudati, p. 144. Vide et Grotium, Bynaeum et Kuijnoelium.

Paulus vero, *Comm. III.* p. 593. probabile esse negat, Iesum hunc eventum atque haec rerum adiuncta definite praescivisse. Quae si scivisset, Petrum ab eo admonendum fuisse dicit, ne illuc se converteret, quo peccandi injaret periculum. Illa vero admonitio nihil effectura fuisse. Adeo Petrus sui erga Magistrum amoris, suaque virtutis sibi conscius erat, ut, quicquid Iesus dixisset, nihilominus iturus illuc fuisse. Quid? quod cum illo: εἰ οὖν ἐμὲ ζητεῖτε, ἀφέτε τούτους ὑπάγετε, (Ioh. XVIII: 8.) haec admo-

nitio esset iuncta, cuique domum eundum esse. Addit Paulus, nullam causam posse exceptari, quare haec definite praesignificandi vis sese exeruerit in eiusmodi minutis (*nebenbegebenheiten*), quibus ipsa res nihil mutetur. Quae tamen ratio, vel ex eo refelli potest, quod, ut Petri lapsus, ita et haec ipsa vaticinatio maxime interficerit formandae et emendandae eius indoli, (conf. Niemeyer, *Charakterk. van den Bijbel*, Vol. V. p. 553 sq.) ne dicam, eam maxima deinceps fuisse efficacitatis, ad firmam dam eius fidem Iesu habitam.

His tamen rationibus inductus Paulus, longe aliam dedit nostrorum locorum interpretationem. Scilicet verba πρὶν ἀλέκτορα Φανῆσαι, proverbii in modum, et impropre dicta existimat, hoc sensu: *antequam dies illuxerit*; atque illud τρὶς indefinite sumendum esse putat, ut adeo sensus vaticinii, ab Iesu editi, huc redeat: „*antequam dies illuxerit, eiusmodi fata mihi evenient, quae saepius in hanc te inducent dubitationem: potestne hic, a Deo traditus tot perpersionibus, vere Messias ille esse?*” Quamquam autem facile concedimus, verba πρὶν ἀλέκτ. Φαν. ut ἀλεκτοροφάνια, proverbii in modum et impropre saepius sumi, hic tamen proprie accipienda illa sunt de *ipso galli cantu*. Isti enim Pauli opinioni primum repugnat, quod Marcus secundum galli cantum memoret; *deinde unusquisque videt, iis πρὶν ἀλέκτορα Φαν.* de-

finitiorem temporis indicationem inesse, quam fuerat significatum illo $\epsilon\nu\tau\alpha\gamma\tau\eta\tau\eta\mu\kappa\tau\iota$. At, ista Pauli opinione assumta, haec unum idemque sunt. Facit denique evidens, inter lapsum Petri et Iesu de eo vaticinum; convenientia, ut Pauli opinionem prorsus repudiemus. Neque minus in eo errat vir cl. quod numerum definitum $\tau\rho\varsigma$ pro indefinito hic sumi posse putet, et sumendum esse statuat. Fateor, apud Poëtas in primis saepius haberi: *felices ter et amplius! o ter quaterque beati!* quae indefinite accipienda esse, quis neget? Nullum vero exemplum afferri potest, quo illud $\tau\rho\varsigma$, aut *ter*, nude et in soluta oratione positum, pro numero indefinito habendum sit. Denique, si Iesus nihil, praeterquam id quod Paulus putat, indicare voluerit, haud graviore Petrus lapsu ruiturus fuerat, quam caeteri apostoli. At, nisi hoc Servator putaverit volueritque indicare, unde tandem est, quod de omnibus discipulis: $\sigma\kappa\alpha\eta\delta\cdot\lambda\iota\theta\eta\sigma\sigma\theta\epsilon$, de uno vero Petro dixerit: $\alpha\pi\alpha\mu\eta\eta\gamma\eta$? Unde, quod, narrante Luca, Petrum appellans, locutus ita sit: Σίμων, Σίμων, ἴδού, διατανᾶς ἐξηγήσατο ὑμᾶς, τοῦ σινάδοαι ὡς τὸν στον. Εγὼ δὲ ἔδειπλη περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλείπῃ πλοτις (k) σου, καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψῃς &c.? Quorum nulla probabilis ratio dari potest, si Pauli sententiam assumas.

PARS

(k) Huic vocis *πλοτις* emphasis inesse, putat Lightfoot in Hor. Hebr. ad l. Opp. Vol. II. p. 560.

P A R S P O S T E R I O R,

AD DISPUTATIONEM

Q U A

DISPUTATIONIS

DEMONSTRATUR, HIS IESU VATICINATIONIBUS, EO NOMINE DIGNIS, INESSE VIM
AD PROBANDAM AUCTORITATEM EIUS
DIVINAM.

Vindicatis igitur a nonnullorum παρερμηνειαις
Iesu dictis, quibus perpessiones suas, mortem
et in vitam redditum praesignificavit, in haec
inquirendum est et videndum, num vaticiniorum
nomine dignae sint, valeantque ad auctorita-
tem Christi divinam probandam. Quae disqui-
tio ut recte instituatur et iusto ordine procedat,
altera haec disputationis nostrae pars in duas di-
visa erit sectiones, quarum *priore* illorum Iesu
vaticiniorum descriptio continebitur, cuius sin-
gulae partes illustrabuntur, in *posteriore* autem
demonstrabimus, iis Iesu vaticiniis inesse vim ad
auctoritatem eius divinam probandam.

SEC.

SECTIO PRIOR,

EXHIBENS

ILLORUM IESU VATICINIORUM DESCRIPTIO-
NEM, SUIS PARTIBUS ILLUSTRATAM.

Ut appareat, illis Iesu vaticinijs, de quibus, in priore huius dissertationis parte, egimus, vim inesse ad auctoritatem eius divinam probandam, primum haec vaticinia describenda sunt, et singulae huius descriptionis partes illustrandae. Itaque §. I. illorum descriptionem trademus deinde singulas huius descriptionis partes illustraturi.

§. I.

Illorum Iesu vaticiniorum descriptio.

Non est, quod dicam hic, de significatione vocabulorum *καὶ* et *προφητεύειν*, (a) ut et de Pro-

(a) In eo ridiculos profecto se praebent Herderus, in libro, *vom Erlöser der menschen*, p. 254. et, qui eum secutus videtur, Scherer, lib. I. p. XII.

Prophetis veteribus. Multi enim de iis multa monuere, et quisque videt, has aliasque eiusmodi quaestiones evitari ea ratione, qua rem nostram agimus.

Malim hic compendiose exhibere, quae, de perpersionibus suis, morte et in vitam redditu, Servator praedixit, ut uno quasi oculorum obtutu comprehendere ea possimus. De iis igitur haec praesignificavit, sacerdotibus et legum peritis se traditum iri, et ab uno quidem ex iis, qui ipsi coniunctissimi erant, Iuda nempe Iscariota; discipulos ipsum deserturos esse ad unum omnes; et a Petro se ter negatum iri, antequam gallus bis cantasset. Iudeorum proceres multis ipsum modis esse vexaturos: ab his se ad mortem damnatum traditumque iri alienigenis, qui ludibrio ipsum habitum, flagellisque caesum crucifixuri erant, in ipso Paschatis festo; tertio vero post mortem die, se redditum esse, et in Galilaeam praeturum discipulis post suum in vitam redditum.

Quorum in vaticiniorum a Iesu editorum indolem et habitum si inquiramus, haec eorum de-

XII. quod, in nostra causa, ex vocis Germ. *Weis sagen* significatione, argumententur; unde graviter in hunc invehitur *Jahnuus*, in *Erklärung der Weisungen Jesu von der Zerstörung der Stadt Jerusalem, des Tempels, und des Judischen Staats*, in Bengelii *Archiv*, Vol. II, P. I. p. 80.

descriptio tradenda videtur. Sunt *praedictiones satis perspicuae*, certae ac *definitae rerum futurarum contingentium*, quas *perspicientia humana prospicere haud posit*, eaque *eventu probatae*.

§. II.

Cuius singulae partes illustrantur et probantur.

Singulae, huius descriptionis partes convenient, in laudata Iesu vaticinia. Quod ut perspicuum fiat, indicabimus, haec vaticinia esse, *primum*, satis perspicua §. 3. *deinde* certa et definita, §. 4. *porro* dicta de rebus contingentibus, §. 5. *tum* etiam perspicientiam humanam superantia, §. 6-12. *denique* eventu probata, §. 13.

§. III.

Haec Iesu vaticinia satis perspicua sunt.

Satis perspicua esse illa Iesu vaticinia, ex iis manifestum est, quae in priore huius dissertationis parte diximus, ut adeo hac de re pauca tantum h̄c monenda sint. Nonnunquam quidem Servator, de futuris suis fatis, locutus obscurius fuit, ac proditorem haud perspicue indicavit, sed in his prudenter admodum eum egisse animadvertisimus, et divinam eius sapientiam admirati su-

sumus. Unde recte Tittmannus, in *Comm.*, in *Ioh.* c. VI: 51. p. 272, 273. *res ipsa*, inquit, *interdum postulat sermonem paulo obscuriorrem*, si est ita comparata, ut eam silentio praeterire nullo modo possis, neque tamen etiam perspicue explicare. In universum Dominus locutus est de rebus futuris, ut vates, in vaticiniis autem non exspectatur perspicuitas omnimoda, sed tanta, quanta opus est ad intelligendum eorum sensum, quando eventum habuerint. Aliquando tamen futura sua fata tam perspicue praesignificavit, ut luculentius de iis loqui haud potuerit. Neque dicat quis, semper tamen aliquid obscuri vaticiniis inesse, atque adeo hanc ipsam vaticiniorum a Iesu editorum perspicuitatem trahi posse, ad veritatem illorum impugnandam, quippe quae ex eventu fuerint immutata. Nequaquam enim hoc proprium vaticiniis est, ut obscuritate laborent, Namque multa sunt, contrarium probantia. Sic, ut unum e multis asseram, nihil luculentius esse possit vaticinio, quo angelus Dei Abraham promisit filium, post annum ab uxore eius Sarę in lucem edendum. Caeterum, post dicta ad Matth. XVI: 21. p. 73 sqq. non est, quod animadvertiscas, nihil valere discipulorum inscitiam, ad vaticiniorum ab Iesu editorum perspicuitatem infringendam. Itaque haec de illorum perspicuitate dicta sufficient.

§. IV.

Et certa ac definita.

Neque maiori indiget probatione hoc quod diximus, certa esse et definita illa Iesu vaticinia. Qua de re, in vindicandis singulis Servatoris dictis, nonnihil iam monendum fuit et a me monitum est.

Et certo quidem Iesum perpessiones suas, mortem et in vitam redditum praesignificasse, id in dubium vocari nequit. Nulla enim coniectura, nulla in iis dubitatio habetur. Nunquam timide aut ambigue, sed maxima semper cum fiducia, quid sibi eventurum sit, Servator prae-nuntiat. De eo nunquam loquitur, tamquam de re dubia, sed semper illud, ut certissimum, proponit. Nec semel, sed saepissime, nec inter amicos tantum, sed et coram omnibus, futura sua fara praesignificat.

Constat etiam post disputata, eum perpessiones suas, mortem et in vitam redditum *definite* praedixisse. Neque enim indefinite tantum dicit, aliquando multas subeundas sibi esse perpessiones et mortem miseram, sed et modum et tempus, aliaque adiuncta definite praesignificat. Non tantum se captum, sed et traditum sacerdotibus iri dicit, et ab uno quidem e discipulis suis. Quid definitius dici posse, quam eius vari-

ticinium de gravi lapsu Petri? Quid hoc definitius: ab Iudeorum proceribus primum se capite damnatum, deinde traditum iri alienigenis, qui crucifixuri ipsum erant ludibrio habitum et flagellis caesum? Quid denique definitius vaticinio, quod edidit, de suo in vitam reditu, post quem in Galilaeam discipulis erat praediturus? Nec ullo modo contrarium probari potest, aut dicendo, Iesu vaticinia immutata et postea factis accommodata esse, aut perversa formulae ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν interpretatione, aut negando, definite sumendum esse illud τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, μετὰ τρεῖς ἡμέρας, aut denique in subsidium vocando futuri temporis apud Hebreos significationem indefinitam. Quae quidem singula in antegressis iam refutata sunt.

§. V.

Versantur illa circa res contingentes.

Miretur forte quis, quod moneam, ea Iesu vaticinia, de quibus nos agimus, versari circa res contingentes, quippe quod tam perspicuum sit, ut de eo ne dubitari quidem posse videatur. Eiquid autem est, quod non dictum scriptumve sit? Scilicet Nitzschius, in 2 Progr. de mortis a. I. C. appetitae necessitate morali, Wittenb. 1810, 1811. referente Flattio, in Bengelii Archiv, I. 1. p. 17 seqq. tenendum

esse monet, non tantum doctoris, sed et Servatoris provinciam Iesu divinitus fuisse impositam, cum Servatoris autem notione necessario coniungendas esse putat notiones moriendi et in vitam redeundi. Quod si ita sit, vaticinia de iis ab Iesu edita, non rerum contingentium, sed necessariarum praedictiones habenda forent. Sed, cum commodior de hac Nitzschii sententia dicendi locus redditurus sit, §. 12. illuc differre liceat lectores.

*Quas perspicientia humana praevidere
nihil posse.*

Ut probemus, haud potuisse Iesum res illas contingentes perspicientia humana praevidere, et perspicue, certo ac definite praesignificare, videndum est, *primum*, num forte, ex asperitatibus rerum et angustiis temporis, scire potuerit, quid sibi eventurum esset, §. 7. *deinde*, num ex veterum Prophetarum vaticiniis, §. 8. aut, *porro*, ex analogia eorum, quae viris sanctis antea acciderant, suam sortem divinare potuerit, §. 9. *tum inquirendum est*, pari hominum animis insit quaedam divinandi vis, qua igitur et Iesus sua praedicere potuerit, §. 10. *item*, num vaticinandi vis, quam in Christo cernimus, magnetismo, quem dicunt, animali tribui

bui posse, §. 11. *denique* reiicienda haec opinio est, potuisse Iesum, ex ipsa Servatoris notione, mortem suam et in vitam redditum praevidere, §. 12.

§. VII.

Eas praevidere non potuit ex asperitatibus rerum et angustiis temporis.

Iesum, ex asperitatibus rerum et angustiis temporis, mortem suam violentam praevidere potuisse et revera praevidisse, affirmant, qui eius vaticinia impugnant. At vero, qui historiam eius accurate legit, eoque consilio, ut in hanc rem inquirat, is non facile isti sententiae subscribet. Licet enim concedamus, fuisse, quod inducere eum in hanc opinionem posset, simul tamen fuisse contendimus, quod ficeret ad istam animo expellendam. Scilicet, ut multa erant ei adversa et auctoritatem detrahentia, ita quoque multa erant, ipsi faventia auctorata temque conciliantia.

Quae Christo auctoritatem detrahere poterant, fere hacc erant. Perversas popularium suorum opiniones libere oppugnabat; qui reprehensione digni erant, hos sine discrimine fidenter reprehendebat; (Matth. XXII: 16.) imprimis vero graviter animadvertebat et vehementer invehebatur in scelesta facinora et simulacra-

nes

nes legis peritorum et Phariseorum, quorum tamen permagna erat apud plebem auctoritas. Hos igitur imitari vetabat; quod qui faceret, hunc regni coelestis civem esse posse negabat. (Matth. V: 20.) Mox simulatores eos dicebat, (Matth. XV: 7. XVI: 3.) a quorum fermento, i. e. simulatione, cavere discipulos iubet. (Matth. XVI: 6.) Mox eos viperinam progeniem vocabat et serpentes. (ibid. et c. XXIII: 33.) Mox in omnem eorum agendi rationem animadvertebat, quippe qui gravissima quaeque aliorum humeris imponerent onera, cum ipsi ea ne digito quidem movere vellent. (Matth. XXIII: 3 seqq.) Mox denique gravissimis eos prosequebatur minis, quippe qui non sibi ipsis tantum, sed et aliis regnum coeleste praecluderent, viduarum domos comedenter, longarum praetextu precum, ipsis gehenna digni, aliosque duplo digniores reddentes, poculorum et scutellarum partes exteriores sedulo purgantes, cum tamen intus rapinâ et intemperantiâ impleta essent omnia, similes isti incrustatis sepulcris, intus omni foeditate plenis, Prophetas persequentes, verberantes et interficientes. (Matth. XXIII: 13 seqq.) Quas Servatogis reprehensiones si species, non est profecto, quod mireris, istum reprehensorem huic hominum generi male acceptum et valde odiosum fuisse. Contra probabiliter coniicias, ab ipsis quaevis mala ipsis fuisse metuenda. Eaque per totam vitam Servator expertus etiam est. Ubique enim

est. Ubique enim eum insequebantur, hoc pessimo consilio, ut quid viderent, vel audirent, quod posset reprehendi. Saepius eum interrogabant, ut quid haberent ad eum accusandum, (Matth. XII: 10. Ioh. VIII: 6. Matth. XIX: 2. XXII: 15.) nullam praetermittebant occasionem, auctoritatem, qua apud populum valebat, infringendi, mox blasphemiae et Sabbati violati eum accusantes, (Matth. IX: 3. Ioh. V: 18, 16.) mox commercium cum malorum principe Daemonum ei adscribentes. (Matth. IX: 34. XII: 24.) Saepius eum comprehendere studebant, quin et ministros mittebant, qui eum caperent. (Ioh. VII: 30, 32. X: 39. Matth. XXI: 45, 46.) Non semel furor eorum eo usque procedebat, ut lapidibus, quos arreptos manu iam tenerent, eum vellent obruere. (Ioh. VIII: 59. X: 31.) E medio eum tollere cupientes, eiusque sanguine satiari, mortem eius secum constituebant. (Ioh. V: 16, 18. Matth. XII: 14. Ioh. VII: 1. VIII: 37.) Quod cum Iesus sciret, nonnumquam in Galilaeam secedebat, insidias eorum evitatum. (Matth. XII: 15. et alibi.) Tandem vero et Sadducaeui, qui diu parum curaverant eum, una cum Phariseis consilium inierunt de ipso interficiendo. Ut adeo Syndrum Hierosolymitanum, exceptis paucis viris probis, in mortem Christi consentiret. Haec igitur eiusmodi erant, ut potuerint Iesu tristem ominari vitae exitum.

Verum et alia erant, quae meliora ei omnina rentur, si nihil nisi rerum humanae rationem haberet. Erant enim haud pauca, quae populi amorem et benevolentiam ei conciliarent, atque auctoritatem eius mirifice confirmarent.

Ex eius enim ore non tantum melle dulcior fluebat oratio, sed et eiusmodi oratio, quae veram viam ad beatam eamque aeternam vitam monstraret. Alios igitur praeclera eius doctrina capiebat: (Matth. VII: 28, 29.) capiebat alios dictionis perspicuitas et suavitas, orationisque gravitas et divina maiestas; adeo ut vel ipsi, qui capiendi eum consilio advenerant, mandati sui velut obliti, redirent, infecta re, et interrogati a Phariseis: quidni eum vobiscum traxistis? responderent: qui potuimus, οὐδέποτε οὔτας ἡλάγησεν ἄνθρωπος ὡς οὗτος δὲ ἄνθρωπος; (Ioh. VII: 46.) Hos inculpata sanctaque eius vita capiebat: capiebat illos reverentia, quam Mosen et Prophetas prosequebatur. (Matth. V: 17. XXIII: 2.) Hos misericordia eius erga inopes et ac-grotos capiebat: capiebant illos quam plurima, quae edebat, miracula stupenda. Quid mirum igitur, quod fama eius per totam dispergeretur Palaestinam, magna que hominum turba undique ad eum confluenter? Quid mirum, quod quam plurimi, in admirationem rapti, eiusmodi quid numquam visum esse dictitarent? (Matth. IX: 33.) Quid mirum, quod aliis Iohannem Baptis-tam, e mortuis resuscitatum, alii Eliam, alii

Ieremiam, aliumve quemdam e Prophetis eum esse putarent, (Matth. XVI: 14.) alii denique multi, in eo promisum a vatibus Messiam venerarentur? (Ioh. VII: 31.) Quin et ex ipsis Iudeorum proceribus, non tantum Nicodemus et Iosephus, sed et alii bene multi, quamvis clanculum, fidem tamen ei habebant, eique addicti erant. (Ioh. XII: 42.) Ac tanta quidem apud populum valebat auctoritate, ut eum invitum creare vellent regem. (Ioh. VI: 14, 15.) Et, cum, paucis ante mortem diebus, Hierosolymas adiret, asino vectus, maxima eum praeibat et sequebatur hominum turba, quorum alii abscisso olivis ramos in viam spargebant, alii vestimentis eam tegebant, clamitantes: Hosanna, Davidis filio, bene ei, qui venit in nomine Dei! Hosanna in supremis! (Math. XXI: 8 sqq.) Quis, quaeso, vel coniicere tum potuisset, ipsum illum Prophetam brevi post interfectumiri? Quis divinare tum potuisset, Phariseos et Sadduceos, paucis diebus post, ausuros fuisse eum capere, et interimere? Hi enim nulla apud populum auctoritate gaudebant, atque illi valde populum timebant, unde de pessimo, quod fovebant, consilio aliquando destiterunt, neque ausi fuerunt dicere, baptismum Iohannis inventum esse humanum. (Matth. XXI: 26.) Inde et constituerant, dolo eum capere, non vero in festo, ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ. (Matth. XXVI: 4, 5.) Et, cum, Iudeorum

ministri Iesum prehensuri, audita eius voce, humum caderent, metu perculti, (vid. ven. Wolterbeek, in *Ann. ad Ewaldi lib. I. ad Ioh. XVIII: 6.*) quis putasset, futurum, ut nihilominus propositum exsequerentur? Quin et, cum damnatus a senatu Iudaico, ad tribunal Pilati staret, valde dubium videbatur, num ad mortem trudendus, an vero absolvendus foret. Cupiebat enim Pilatus eum absolvere et dimittere. (Conf. C. C. Flattii, *Disf. laud. inf. Süsskindii Mag.* laud. P. XII. p. 13, 14.) Quid? quod Servator dimissus forte fuisse, nisi Pilatus animo fluctuasset, nunciusque ad eum, uxoris nomine, delatus exitum retardasset, Iudeorumque proceribus occasionem praebuisset, populum instigandi, ut Barnabam absolvendum, Iesum vero crucifigendum postularent. Quae cum ita sint, facile intelligitur, non potuisse Iesum mortem suam, ex asperitatis rerum temporisque angustiis, ne probabili quidem coniectura praevidere et praesignificare.

Quodsi vero, ex asperitatibus rerum temporisque angustiis, ne in universum quidem ultimoque vitae tempore, mortem suam praevidere coniectando potuerit, multo minus potuit eam augurari, ineunte munere suo publico, multo que minus modum et tempus mortis suae praesignificare ea ratione potuit. Si enim vel concedamus, potuisse eum conicere, se aliquando lapidibus obrutum, aut clam necatum, aut a furentibus hosti-

bus trucidatum iri , ast , nec coniicere , nec certo praevidere sic potuit , traditum se iri et crucifixum . Vid . Se i l e r , *über die Göttl. Off.* II. p. 124. atque illud quidem esse in ipso Paschatis festo eventurum , nec prius horam suam venisse , cum tamen ipse Iudeorum Senatus , ab eo capiendo abstinentum esse decreverat usque dum praeteriisset festum . Denique , qui potuit ita scire et certo significare , a Petro se negatum iri isto , quo dixit , modo ? Qua cum negatione quam plurima iuncta fuere , quae forte fortuna accidisse videntur : ne dicam , Iesum pro certo habuisse , et vero etiam indicasse , Petrum , post suam negationem , superstitem fore . Qui vero eius in villa Gethsemanitica agendi rationem contempletur , illud profecto non coniecerit , sed miretur potius , quod Petrus , qui gladio Iesum defenderat et Malcho aurem amputaverat , non una cum Magistro captus fuerit et capitis damnatus .

§. VIII.

Neque ex veterum Prophetarum vaticinis.

Quicunque veterum Prophetarum libros , vel levi manu , tractavit , is fateatur necesse est , multa iis contineri vaticinia , ad Messiam spectantia , et paulatim luculentiora facta . Euangelistarum relatione docemur , Iesum nonnulla Prophetarum dicta ad se suaque fatig retulisse , eumque saepius ad corum vaticinia provocasse . (Luc. XXIV,

XXIV: 27.) Quod nec apostoli neglexerunt, ab eo edocti. (Act. II: 25 seqq.) Unde haec oritur quaestio, an Servator ex Prophetarum vaticiniis suorum cognitionem fatorum potuerit haurire et hauserit, ab iisque edoctus ea praesignificaverit.

A primis inde religionis Christianae saeculis usque ad nostra tempora, magna virorum doctorum fuit dissensio de vaticiniis Messianis. Alii enim nimis raro in V. T. libris Christum agnoscere videntur; alii nimis saepe. Vid. Ernesti, *Narratio Crit. de interpretatione Prophetiarum Messianarum in Ecclesia Christiana*, in *Opusc. eius Theol.* Lips. 1792. p. 447 seqq. Et nostris quidem temporibus multi sunt, qui, aut plane nullum, aut non nisi indefinita quaedam de Messia vaticinia, in V. T. libris haberi putent. Quibus cum et illi accedant, qui veritatem vaticiniorum ab Iesu editorum impugnant, omnem quaestionem de eo, an ex Prophetarum vaticiniis suorum cognitionem fatorum Servator hauserit? silentio praeterire possem. Quodsi enim nihil nisi indefinite ab iis praedictum sit, ex illorum certe libris Iesus non potuit futura sua fata praevidere et praesignificare. Cum vero ista multorum opinio placere nobis non possit, medio tutissimum iuri ratis, (vid. Ernesti, lib. I. p. 476. et C. G. Antonii, *Dissert. de ratione Prophetias Messianas interpretandi certissima, nostraque aetati accommodatisima*, ins. Syll. Opusc. a Muntin-

tinghio ed. Tom. II. p. 231 seqq. impr. p. 246, 247.) in propositam quaestionem inquirendum est, et videndum, quid, ratione tantum duce, ex veterum Prophetarum vaticiniis, Servator, de perpersionibus suis, morte et in vitam reditu, discessere potuerit, quid vero ex iis doceri non potuerit.

Luculentiora Prophetarum dicta, quae hic in primis in censum veniunt, habentur, de Messiae perpersionibus et morte, in Ps. XXII. apud Ies. c. LIII, et apud Dan. c. IX: 26. de reditu eius in vitam, Ps. XVI: 10. E quibus igitur Servator praevidere potuerit, se multa perpessum, mortem subitum esse violentam, et brevi post in vitam se esse redditum,

Sed ratione tantum duce non ita facile haec cognoscere potuit, aut certo praesignificare, ex veterum Prophetarum libris,

Vulgaris enim tunc temporis opinio erat, Messiam non moritum, sed semper in hac terra mansurum esse. (Ioh. XII: 34.) Nemo Iudeorum, Iohannem Baptistam et Simeonem si excipias, putasse videtur, Messiae mortem subeundam esse. Quae enim de Mesiā, multa perpessuro, in V. F. libris loca inveniuntur, ea ad Messiam referenda esse negabant, et aliter explicabant. (Vid. Seiler, *über die Göttl. Offenb.* II. p. 117 sqq. et C. C. Flattius, in Süskindi Mag. XII. p. 9, 10.) Qui igitur persuasum Iesu esse potuit, se rectius, quam Iudeos omnesque eorum doctores, horum sensum loco.

rum intellexisse? Qui potuit, unâ ratione duce, suae horum locorum explicationi certam superfluere exspectationem, de Messia multa perpessuro et mortem subituro violentam? Vid. Seiler, lib. I. p. 128 sqq. et Flattii, lib. I. p. 10. Sed nolo haec urgere. Nolo negare, huc referendum esse laudatum Daniëlis locum, e quo upo, ex Pauli, V. Cl. sententia, (Comm. III. 61.) Iesus scire potuit, sibi, Messiae, mortem violentam subeundam esse. Neque enim affirmare audeo, quod Flattius monet, lib. I. p. 11. hunc Daniëlis locum tum demum ad Messiae mortem referri posse, si in priori eius parte textum Hebraicum, in posteriori vero interpretationem interpretum Graecorum, sequaris. Etenim nullam video causam, quare, quod ille putat, is, qui נָבָעַ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל dicitur, idem habendus sit, cum eo, qui s. 25. נָבָעַ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל vocatur. Illud enim referri potest ad Romanorum Principem, cuius ローマ (populus Romanus) urbem Hierosolymam deleturus erat et templum. Nec, quod idem Flattius sumit, isto in loco Propheta Messiae mortem proponit, tamquam rem, eodem, cum urbis devastatione templique destructione, temporis puncto, eventuram: tantum enim dicit, utrumque locum habiturum esse, exactis istis sexaginta et duabus hebdomadiis. Quamquam igitur Paulus sibi ipse haud constat in eo, quod ex isto Daniëlis loco efficeret certo potuisse Iesum statuat, ipsi, Messiae,

mor-

mortem subeundam esse violentam, cum tamen vaticinia eius de morte sua, indefinite et cum conditione dicta putet, ac neget, potuisse eum certo illam praevidere; quamquam mirum est, totum hunc Daniëlis locum ab eo, nec reiici, nec pro vaticinio ex post factis immutato haberit, age, ei concedamus, potuisse Iesum ex Daniëlis, adde et ex Iesaiae aliorumque vaticinationibus efficere, Messiam multa perpessurum, quin et mortem violentam subiturum esse; unde vero cognovit, ista *sibi* eventura esse? Qui, ratione tantum duce, certo persuasum ipsi esse potuit, de Messiana sua dignitate? Qui potuit ex his vaticiniis scire, se alienigenis traditum, et ab his crucifixum iri, atque hoc quidem in ipso Paschaatis festo? Qui potuit, isto ex fonte, haurire scientiam, de omnium discipulorum fuga, de Petri negatione, et proditione Iudei? Ab uno enim ex sibi coniunctissimis se proditum iri, haud potuit doceri ex Ps. XLI: 10. quamquam hunc locum scelesto isti facinori accommodavit. Si igitur nonnulla, certe non omnia, quae de perpessionibus suis et morte Servator praedixit, ex veterum Prophetarum vaticiniis scire potuit.

Deinde quod ad eius in vitam redditum, tertio post mortem die, attinet, neque hunc veterum Prophetarum dicta eum docere potuerunt. Lubenter quidem damus, potuisse Iesum, ex iis Ver. Test. locis, in quibus facta mentione de
ad-

adversa Messiae fortuna, felicissimus eius status celebratur, et sermo sit de dignitate, qua gavifurus eset, regia, efficere, Messiae, si mortem subiisset, gloriam et decus restitutum iri; neque hoc tantum, sed damus etiam, potuisse eum, e Psalmo XVI: 10. efficere, Messiam per breve admodum tempus in sepulcro mansurum esse, quem locum Petrus, (Act. II: 31.) et Paullus, XIII: 34.) ad Iesu in vitam redditum retulerunt. Sed, ne dicam, Iesum, ratione tantum duce, non nisi difficulter ad illam potuisse pervenire cognitionem, hoc unum quaero, qui potuerit ex isto aliove dicto efficere, se esse *tertio* post mortem die in vitam redditum? Neque dicat quis, docuisse tamen Iesum Apostolos, e Prophetarum libris, sibi moriendum et tertio post mortem die in vitam redeundum esse, (Luc. XXIV: 46.) ut et Paullum Corinthiis hoc tradidisse. (1 Cor. XV: 3, 4.) Etenim hoc non tam praecise et subtiliter sumendum est, de praedicto die tertio, sed paullo crassius, de praedicto reditu in vitam, qui eo die locum habuit. Nullum enim in V. T. habetur vaticinium, quod reditum Messiae in vitam, praecise tertio post eius mortem die, sperare iubeat. Neque id, vel Petrus, vel Paulus indicarunt, Iudeis in mentem revocantes vaticinia, reditum Messiae in vitam praesignificantia: nullum enim afferunt, e quo illa temporis notatio effici poscit.

Quodsi igitur, ut vidimus, non omnia, at non

nonnulla tantum eorum, quae Servator praesignificavit, a Prophetis predicta sint, primum quidem non omnium illorum cognitionem ex iis haurire Iesus potuit, deinde, si non omnia ex iis efficere potuerit, nulla etiam causa est, quare statuamus, corem partem ei ex veterum Prophetarum dictis innotuisse. (*) Si quis vero, cum Seiler o, lib. l. c. VII et VIII. p. 117 sqq. sumere velit, Deum Prophetarum usum fuisse vaticiniis, et imaginibus e Vet. F. desumptis, exempli causa Ionae, Matth. XII: 40. ad Iesu indicandum, quid ipsi esset eventurum, causam tamen vicimus. Et sic enim non tantum ratione humana, sed singulari auxilio divino, fatu sua praevidit.

§. IX.

(*) Recte et eleganter Hessius, *Lehre, Thaten etc.* P. II. p. 473. Er sah, inquit, den Entwurf seines Lebens, den Gang seiner Schicksale, in alien göttlichen Ausprüchen vorgezeichnet; da nämlich sein Geist diese Tiefen Gottes erforschte, welche den Schriftengelehrten seiner Zeit versiegelt waren. Nicht, als ob er seine Aussichten in die Zukunft eben nur aus den Schriften geschöpft hätte. Er selbst war mehr Prophet, als es kein anderer vor ihm gewesen: aber sein Licht hat doch gleichsam jedes frühere Licht der Weissagung in sich aufgenommen, oder jene zerstreuten stralen gesammelt und vereinigt etc. Conf. et p. 77 seq.

§. IX.

*Neque ex analogia eorum, quae viris
sanctis antea acciderant.*

Multa Israëlitarum historia cum praebeat exempla virorum sanctorum, a popularibus suis male habitorum, ab ipso vero Deo singulari modo adiutorum summoque honore affectorum, quaeri possit, num potuerit Servator ex analogia eorum, quae viris illis sanctis acciderant, suam sortem praevidere aut divinare.

Sic faepius perpestiones suas tamquam viam proponit, per quam ad summos honores sumamque gloriam evehendus erat. Simile autem quid Davidi acciderat, qui, antequam ad regiam escenderet dignitatem, in fugam se coniicere, multaque ferre debuit. Ex his igitur Davidis fatis ad sua forte concluserit. Quis vero est, quia videat, quam dubia haec dialectica sit? Nihil enim aliud magnus Davidis filius ex his potuisset efficere, quam hoc, posse et sibi eiusmodi quid evenire, nullo vero modo, et sibi eiusmodi quid certo eventurum esse. Etenim licet historia humana aequa ac sacra satis, cheu! abunde docere nos possit, esse magnos viros, probitate et benefactis clarissimos, a popularibus suis male habitros et reiectos, non semper tamen tam ingratus populus est, sed, qui bene de eo meriti sunt,

fae-

saepe etiam frictus percipiunt laborum uberrimos. Deinde, hanc si fecutus esset analogiam, se in fugam conieceret, atque ita, ut olim Davides, vitam servare conatus fuisse. Unde vero, ne de caeteris rerum adjunctis dicam, in animum induxit, certissimaque ei inhaesit persuasio, non tantum mortem se subiturum esse violentam, sed et crucifixum seiri, quod tamen nec Davides nec quispiam virorum sanctorum, qui ante Iesum vixere, fuerat perpessus.

Neque maiore cum probabilitate, ex analogia eorum, quae Henoch, Mosi et Eliae, acciderant, potuit divinare, se esse brevi post mortem in vitam rediturum. Quod tamen Paulus V. C. affirmat. (*) Quo vero iure hoc statuat, equidem non perspicio. Potuit forte Iesus ex illa analogia efficere hoc: se suamque causam a Deo vindicatum iri; de modo autem, quo Deus esset illam vindicaturus, nihil sic definire potuit. Quid? quod ex Mosis fatis speranda ei fuerit mors placida: ex Henochi autem, et Eliae fatis, adscensus in coelum, sine morte et in

(*) *Comm. III. p. 611.* Nach der Analogie von Henoch, Mose, Elijah etc. konnte und musste Er wohl annehmen, dass Er, als Messias, auch früher, als andere, und wahrscheinlich bald, jener Auszeichnung der körperauferstehung von dem Vater gewürdigt werden werde.

vitam reditu. Ne dicam eum nullo potuisse modo ex ista analogia coniicere, se tertio post mortem die in vitam redditurum esse.

§. X.

Neque e vaticinandi facultate, quae hominum animis ineset.

Quaeritur etiam, num mens humana naturali polleat vaticinandi facultate, qua igitur et Iesus futura sua fata praedicere potuerit.

Difficilis sane illa, sed et gravissima quaestio est. Cum vero accuratam et iustum eius disquisitionem, nec argumenti ubertas sinat, nec temporis angustia, haec pauca monuisse sufficiat.

Norit una Philosophorum de ista quaestione opinio est. Alii enim affirmando ad illam respondent: alii negando.

Et multa quidem eorum exempla afferuntur, qui futura contingentia praedixerint. *Plena exemplorum, inquit Cicero, de Div. I. 24. est historia, tum referta vita communis.* Est enim, ut ait l. l. c. 25, apud Platonem Socrates, cum esset in custodia publica, dicens Critoni, suo familiari, sibi post tertium diem esse moriendum: vidisse se in somnis pulcritudine eximia feminam, quae se nomine appellans diceret Homeicum quendam eiusmodi versum:

Tertia te Phtbiae tempestas laeta locabit.

Quod

Quod ut est dictum, sic scribitur contigisse. Cui alia adduntur exempla quam plurima, inde a cap. 20 - 28. in quibus memoratu omnino digna sunt duo illa somnia, unum de Simonide, alterum de duobus quibusdam Arcadibus familiaribus, quae traduntur, c. 27. quorum et posterius narratur a Valerio Maximo, Lib. I. c. 7. Exemplis, a Cicerone allatis, alia addi possent bene multa. Ut unum e multis afferam, quale Socrati, tale quid et Chrysostomo accidisse narratur. Est enim apud Palladium, Dial. *de vita Io. Chrys.* c. XI. nocte nimirum ei apparuisse Basiliicum, Comanorum quondam Episcopum, martyrem, qui his ipsum alloqueretur verbis: θάρσει, ἀδελφὲ Ιωάννη, αὔριον γὰρ δύο επόμεθα.

Quae tamen omnia nondum probant, inesse hominum animis vaticinandi facultatem, iis *extrinsecus*, ut est apud Cic. *de Div.* L. I. c. 94. *iniectam atque inclusam divinitus.* Quaeri enim de historica eorum veritate posset. Et, si vel verae sint istae praesagitiones, ostendi forte posset, dummodo omnia rerum adiuncta nobis cognita esent, versari illas in rebus, quae providentia humana probabiliter coniici potuerunt: sicut somnium istius Arcadis egregie explicatum est a G. W. K. Hof, *Natürliche Erklärung des berühmten Traums eines Arkadiers*, 1795. ex eoque ab I. C. Hoffbauer, *Naturlehre der Seele*, in *briefen*, Halae, 1796. p. 157 - 162.

Men-

Mentem enim humanam si diligenter contemplamur, nullam in eo deprehendimus vaticinandi facultatem, eo, quo nos volumus sensu (*). Illud quidem lubenter concedimus, posse hominem ex praeteritis et praesentibus futura probabilius coniicere, neque adeo in dubium vocandae sunt eiusmodi praesagitiones, quae ex facultate intelligendi et sentiendi explicari possunt; (vid. Hoffbauer, l. l. p. 151 seqq. et p. 305 seqq.) at vero absque ulla ratiocinatione futura contingens prospicere per se non potest humana mens. Iesu vero varicinationes praecipue versabantur in rebus nulla conjectura intelligendis, quod supra probavimus: ne dicam, eum triennio fere, antequam res evenerit, fata sua praedixisse. Et laudatas supra praesagitiones si nominatim spectes, prefectae istae sunt ex imaginibus menti somniantium obiectis, quibus et eas attribuerunt veteres. Plato certe, referente Cicerone, *Tusc. Quaest.* I. 10. triplicem fixit animam, cuius principatum, id est, rationem, in capite, sicut in arce, posuit: et duas partes parere voluit, iram et cupiditatem, quas locis disclusit; iram in pectore, cupiditatem subter praecordia locavit. Cui sententiae convenienter Socrates, in *Platonis Politia*,

(*) Vid. Hamelsveldii *Bijbel verded.* Vol. I. p. 210-213. qui laudat et Buddeli Diss. an homines naturali polleant vaticinandi facultate, quam tamen inspicere mihi non lieuit.

itia, lib. IX. in principio, dixisse fertur, interprete Cicerone, *de Div.* I. 29. *Qui salubri et moderato cultu atque victu quieti se tradiderit, ea parte animi, quae mentis et consilii est, agitata et erecta, saturataque bonarum cogitationum epulis: eaque parte animi, quae voluptate alitur, nec inopia enecta, nec satietate affluenti, — illi etiam tertia pars animi, in qua irarum existit ardor, sedata, atque restincta: tum eveniet, duabus animi temerariis partibus comprescis, ut illa tertia pars rationis et mentis eluceat, et se vegetam ad somniandum, acremque praebeat: tum ei visa quietis occurrent tranquilla atque veracia.* Quibuscum consentiens Ciceró: cum est somno, inquit, seyocatus animus à societate, et a contagione corporis, tum meminit praeteritorum, praesentia cernit, futura praevidet. *Iacet enim corpus dormientis, ut mortui: viget autem et vivit animus.* (*de Div.* I. 30.) Unde et affirmat, animum, appropinquante morte, multo esse divinorem, imprimis autem hac divina vi gaudere, cum corpore excesserit. Vid. et J. C. Hennings, *Verhandeling over het voorgevoel en de schijngerichten*, e Germ. P. I. §. 19. p. 249 seqq. (*). Quae si vel vera sint, haudquam tamen convenient in Iesu vaticinia. Hic enim, non somnians, sed vigilans, non tantum morti proximus, sed

(*) Quacunam ipsius Ciceronis de divinatione sententia fuerit, difficile est dictu. Conf. B. P. van Wezel Scholten, *Diss. de Philosophiae Ciceronianae loco, qui est de Divina Natura*, c. III. §. 4.

sed longe ante mortem, non per *furorem*, aut *animi concitationem*; (prout in iis conspici credebat Cicero, *de Divin.* I. 18. qui sine arte vaticinantur:) sed placido et tranquillo animo, futura sua fata praedixit. *Praeterea*, qui istas edebant praesagitiones, *credebant* tantum, id eventurum, cuius quasi imago in somnis menti fuerat proposita: Iesus vero sciebat, id certo eventurum esse, quod praedixerat: quo siebat, ut saepius confidentissime sua fata praediceret, addens, certo ea eventura esse, et *οὐτας δεῖν*.

Caeterum, qui penitus in hanc rem inquirere et plura de illa cognoscere velit, is adeat laud. Henningsii librum, imprimis §. 2. et auctores magno sane numero ab eo laudd. §. 13. p. 186 - 188. n. i.

§. XI.

Neque ea vaticinandi vis magnetismo animali est tribuenda.

Multi fuere, qui, vaticinandi facultatem trahentes aegrotis, magnetismo animali ad perspicacitatis (clairvoyance) statum adductis, ex hoc ipso magnetismo explicandam esse putent vaticinandi facultatem, qua Servator gaudebat. Quorum numero et adscribendus est Ioh. Casp. Lavaterus; quod docuit me G. H. M. Delprat, *het dierlijk Magnetismus toegepast op de wonderen en voorspellingen in de H. S. voorkomende, in Bijdragen tot de beoefening*

ning en geschiedenis der Godgel. Wetenschappen, Tom. V. p. 325, 326. ubi et alios laudat, not. b.

At vero ista de perspicacitate, ad quam magnetismo animali nonnulli adducantur, nondum constat inter viros doctos. Carolus Alex. Ferdinand. Klugius, praeclarus ille Magnetismi fautor, in *Periculo*, Germ. scripto: *Versuch einer Darstellung des animalischen Magnetismus, als Heilmittel*, Berl. 1811. affirmat, aegrotos, hac perspicacitate gaudentes, non tantum vaticinari de se ipsis, de interna corporis sui animique conditione, et de optimo sanandi modo, sed et de hominibus magnetismo cum ipsis coniunctis, quin et eos evehi supra propiora et remotiora, tum spatio, tum tempore. (*) Cuius

ve-

(*) Sic enim huius perspicacitatis initium describit, §. 84. Durch sein, stärker als jemals hervortretendes Gemeingefühl und erhöhtes Bewußtsein bekommt der kranke eine helle und lichtvolle Erkenntniß seines intern Körper- und Gemüthszustandes, berechnet die als nothwendige Folge eintretenden Krankheitsscheinungen auf das pünktlichste voraus und bestimmt die wirksamsten Mittel zu ihrer Beseitigung. Diese seine Innerlichkeit behauptet er auch auf andere, mit ihm magnetisch verbundene Personen. Conf. §§. 138-142. Et progressum eius hoc modo describit, §. 85. Die bey der Selbstbeschauung vorhandene Klarheit breitet sich aus über das Nahe und Ferne, im Raume und in der Zeit.— Von allem Kleinlichen, Irrdischen ist der Kranke abgezogen und zu grösfern und edlern Gefühlen gestie-

vero rei causam explicari posse negat, §. 228. *Es ist*, inquit, *der Grenzstein der Sinnenwelt*, über welchen man mit Erklärungen sich nicht hinauswagen darf, ohne in ein Labyrinth zu gerathen, in welchem Ariadne's hilfreicher Faden vergeblich gesucht werden dürfte. Contra vero Dr. Johannes Stieglitzius, in libro *Ueber den thierischen Magnetismus*, Hanov. 1814. hanc rem esse nondum satis investigatam putat, quae investigatio quomodo instituenda sit, docet p. 203. sqq. ac nonnulla quidem eorum, quae de ista perspicacitate narrantur, falsa, nonnulla aliunde ducenda esse putat. Scilicet negat quae cunque aegroti illi, praeter ea, quae ipsorum aegrotationem spectant, praedicere dicuntur; docere enim historiam dicit, plurimas harum praedictionum esse eventu improbatas, p. 301-303. quod et concedi monet a Würzio, strenuo magnetismi animalis propugnatore, in libro: *Prospectus d'un nouveau cours théorique et pratique du magnétisme animal* etc. Strasb. 1787. (c)

Con-

gert; höchste Ruhe, unschuld und Reinheit, die aus seinen ganzen wesen hervorgehen, geben ihm das Ansehen eines verklärten, und in einer höhern Mundart spricht gleichsam ein Geist aus ihm. Die verbindung mit dem Magnetiseur ist so innig, dass der kranke die gedanken desselben auf das genaueste weise und seinem blossen willen gehorcht. Conf. §§ 148, 151-161.

(c) Verba eius haec sunt: *a l'appui de ce que je viens*

Concedit hoc et cl. Uilkens, in *Brieven over het Dierl. Magnetismus*, p. 39, 40. et van Ghert, ab eo laud. refer. Delprat, l. l. p. 336, 337. n. p. Quod autem Stieglitzius dat, posse illos aegrotos de sua ipsorum aegro-tatione quaedam praedicere eiusque exitum et sanandi rationem praesignificare, hoc ex in-
stinctu animali duci posse putat et explicare conatur. Vid. p. 303. seqq. In nostra etiam patria, de re, quam agimus, nondum constat inter viros doctos, naturae scrutatores, ut videre est ex literis, quas dedit doct. Ioh. Buys ad cl. Uilkens, *het Dierlijk Magnetismus geen Natuurverschijnsel*, in *Vaderl. Letteroef.* 1817. Vol. II. p. 397. cui respondit Uilkens, in epist. *het dierlijk Magnetismus een Natuurverschijnsel*, ibid. p. 541. iteram-que huic Buys, ibid. p. 700.

Quae cum ita sint, incertum adhucdum est, quid, de magnetismo animali, et nominativum de ista perspicacitate, sit statuendum. Certum au-tem hoc est, illa Servatoris vaticinia ex ista perspicacitate explicari non posse.

Ac

vien, d'avancer, je pourrois alléguer ici une quantité d'exemples connus dans cette ville, ou des somnambules tresprenoisées se sont trompées lourdement dans leurs predictions, se sont contredites singulièrement dans leurs conseils, et ont même quelque fois ordonné des choses nuisibles,

Ac *primum* quidem hoc probant sanctissima eius indoles et vita. Nullo enim modo componi cum his potest eorum opinio, qui illam, qua gaudebat Iesus, vaticinandi facultatem, ex magnetismo animali ortam esse statuant. Scilicet ipse eam singulari Dei patefactioni tribuit: nec dicendus est popularium suorum et discipulorum infirmitatis abusus, ut auctoritatem sibi conciliaret. Vid. Klugii lib. laud. §§. 236-240. Conf. Ven. Delprat, l. l. p. 341, 342. *Deinde* vero, consentientibus ipsis magnetismi animalis fautoribus, haec ars exerceri nequit, nisi ab hominibus probis. Vid. Delprat, l. l. p. 524. et quos laudat, in not. a. At his tamen, assumta, quam impugnamus, sententia, Iesus haudquaquam accensendus eset. *Porro*, qui Iesu vaticinia e magnetismi vi et efficacia orta volunt, eodem ex fonte miracula eius derivanda esse putant. Ita vero sibi ipsi contradicunt, mox medicum, mox aegrotum Iesum facientes, quippe qui, et miracula edendi, et divinandi facultate, eodem gauderet tempore. (vid. Ioh. XI: 11 sqq.) Ex magnetismi vero vi, illud medico, hoc aegroto tribendum est. *Denique* Iesus, et vigilans, et praesentibus ἀπίστοις et iniuris, futura prospiciebat et praedicebat: qui vero magnetismo affecti sunt, in somnis, nec nisi praesentibus πιστεύουσιν, ista divinandi facultate gaudere dicuntur. Vid. Delprat, lib. l. p. 339, 340.

§. XII.

§. XII.

*Neque ex Servatoris mundi notione et
morali mortis eius necessitate.*

Nec maiore gaudet probabilitate Nitzschii opinio, qua statuit, Iesum mortem suam et in vitam redditum ex ipsa *Servatoris mundi notione* praescivisse: cuius opinionis mentionem fam iniecimus, §. V.

Est autem eius sententia huiusmodi: non tantum Doctoris, sed et *Servatoris* provinciæ, Iesu divinitus destinata erat. (*Progr. II. 12. refer. Flattio, lib. I. p. 88.*) Ad *Servatoris* autem notionem pertinere sciebat, et mori, et *in vitam redire*. Humano enim generi non opus fuissest Servatore, si fieri potuissest, ut ab aliquo populo eius dignitas probaretur, absque ut mortem subiret et in vitam rediret. *Servatoris* necesitas ex tanta demum humani generis perversitate oritur, quae tolli non possit, nisi factis, omnium hominum animos singulari modo afficientibus, i. e. non nisi *Servatoris* morte et *in vitam reditu*. (*Progr. II. 15. refer. Flattio, lib. I. p. 26.*) Sic igitur Iesus prospiciebat, suorum perversitatem popularium sibi mortis causam fore: et, quemadmodum certo ipsi persuasum erat de inunere sibi divinitus imposito, ita etiam certo e morte sua *exspectabat* præclarum consilii sui exitum.

Quem

Quem ut sperare posset, mirificum suum in vitam redditum prospicere debuit. Ista enim mors fieri non potuit servandi generis humani causa, nisi eam sequeretur praeclara illa resurrectio. (*Progr. II. 22* sqq. refer. *Flattio*, lib. I. p. 22.) Hoc igitur modo putat Nitzschius, Iesum mortem suam et in vitam redditum quodammodo, nec certo tamen, prospexit. (Vid. *Progr. II. 22.* refer. *Flattio*, lib. I. p. 23.) In quo vide, quam sibi ipse Nitzschius repugnet. Quodsi enim ad Servatoris notionem necessario pertineant mors et redditus in vitam; eaque Servatoris notio Iesu animo infixa haeserit, (utrumque autem Nitzschius putat,) sequatur inde necesse est, eum mortem suam et in vitam redditum tam certo prospexit, ut nullus dubitandi locus relinqueretur. Ipsi igitur Nitzschio ista opinio non sic placere videtur, ut ausit inde efficere, Iesum isto modo fata sua certo prospexit. Conf. *Flattii* lib. I. p. 26-28. Et profecto nullis ista Nitzschii opinio argumentis nititur: quin et praeter omnem rationem sumit, ea, quae facta sunt, aliter fieri non potuisse, eamque rerum factarum necessitatem iam in antecessum Iesu ingenio humano fuisse perspectam. Etenim quo tandem modo potuit Iesus ratiocinando pervenire ad istam Servatoris notionem? Unde, quaeſo, intelligere potuit id ipsum, quod temere sumit Nitzschius, humano generi non opus

opus fuisse Servatore, si potuisset ab aliquo populo dignitas eius probari, absque ut mortem subiret, et in vitam rediret? Et, si vel mortem suam ista ratione praevidere potuerit, quā persuasum ei esse potuit de crucis supplicio? Num igitur, et haec, et caetera, quae praedixit, omnia rerum adiuncta, referenda sunt, ad eam Servatoris notionem, quam humano Christi ingenio inventam sibi singit Nitzschius? Conf. Flattius, lib. I. p. 28, 29. Quorsum vero ea fallax coniectura, de Christo suorum fatorum necessitatem non nisi ratiocinando assecuto? Ipse enim Nitzschius fatetur, (*Progr.* I. 18. reff. Flattio, lib. I. p. 27. in n.) fuisse Iesu persuasum singulari patefactione divina, de munere Servatoris sibi imposito. Quod si concedat, quare quaeso negat, eadem patefactione divina ipsi innouisse res ab hoc Servatore gerendas, fataque ipsi imminentia?

Ex ista autem opinione oritur, cum eaque arctissime coniuncta est altera Nitzschii opinio, de morali mortis a Servatore opertitae necessitate, de qua, ratione tantum duce, persuasum Iesu fuerit. Vid. Flattii lib. I. p. 31-42. Ita autem se habet haec opinio: Servatoris manus non tantum docendo et agendo absolubatur, sed et oportebat eum tandem se palam prosteri filium Dei et mundi Servatorem: profitendum autem id ipsum erat in regione Iudaica, quam deserere ei non licebat, propterea quod

ex

ex hoc quasi centro doctrina eius in universum terrarum orbem erat propaganda. Et in huius quidem regionis capite, ad quod Paschatis festo universus populus undique confluens, haec edenda erat professio: quam igitur Iesu edidit, cum solenni modo urbem Hierosolymam intraret, ratione scilicet humana intelligens, venisse iam mortis suae tempus. Satis enim superque doctrina et factis id egerat, quo dignitas ipsius agnoscetur. Longiorem vero dilationem, et discipulis suis, et Iudeorum proceribus, et populo, nihil utilitatis, multum vero damni allaturam esse, intelligebat. Cum autem sese filium Dei et mundi Servatorem professus palam esset, in hac professione perseverandum ipsis erat, ne videretur eam negare: nec licebat ei suorum inquisitionem inimicorum evitare, et mortem turpiter fugere. Hac una ratione fungebatur munere sibi a Deo mandato. (*Progr. I. 19. et II. 12-20. refer. Flattio, lib. I. p. 19-22.*)

Quae si vere dicerentur, omnis Iesu agendi ratio censenda esset eo indigna, magisque conveniens homini imprudenti et festinanti, *cum* in ipsa dignitatis suae professione publice data, *tum* post eam editam.

Et in ipsa quidem professione festinanter et imprudenter egisse censendus est, si non nisi perspicientia humana, ad edendam illam, ductus fuerit.

Qui enim potuit scire, se non amplius profutu-

turum esse, nec discipulis suis, nec Iudeorum proceribus, nec populo, cum per tres tantum annos eos docuisset? Fuisse autem discipulos iam tum satis praeparatos ad obeundum futurum ipsorum munus, quis, cum Nitzschio, dicat, cum alia omnia nos doceat historia? Ex hac ipsa igitur discipulorum conditione oportuerat Iesum consilium capere, isti Nitzschii opinioni plane oppositum, nisi velis, *vel* imprudentiae eum accusare, *vel* statuere, eum proslixisse etiam, ratione humana, discipulos ulteriori Spiritus S. institutione fruituros esse. Et, quod ad Iudeorum proceres attinet, haud certo Iesu scire potuit, eos vehementiore in dies impetu in ipsum ruituros esse. Conf. Ioh. XI. Quod si vel opinatus fuerit, exinde tamen nondum efficere potuit, iam sibi cedendum esse iis, quorum scilicet impetum et insidias saepius iam evitaverat. Nec summa in eo posita populi spes, et intenta regni Messiani exspectatio, iusta ei causa erat, dignitatem Messianam solenni modo declarandi. Hic enim ardor et intenta populi exspectatio, ut antea, (Ioh. VI: 15 sqq.) ita et nunc, forte praeteritura, nec Iesu causa detrimentum capture fuisse, dummodo in docendo atque agendo perseverasset, nec dignitatem suam Messianam negasset. Vid. Flattius, lib. I. p. 33, 34. *Deinde*, si vel concedamus, vidisse Iesum, vitam suam non amplius prodesse posse, quid tandem a morte sua exspectare probabiliter potuit? Scilicet, ex ipsa illa intentâ po-

puli exspectatione, quaevis causae suae mala metuenda erant. Quo maior enim ista exspectatio erat, eo maior foret populi afflictio, et Messiae negatio, si eum mortuum viderent: ut adeo, publicam dignitatis suae professionem differendo, acturus prudentius fuisse, nisi statuas, et praevidisse eum ratione humana, non tantum ea, quae, moriente ipso, acciderunt, verum etiam laetum suum in vitam redditum. Sed neque ab hoc reditu laetissimos sibi suisque effectus exspectare potuit, si iam tum secum constituisset, non paucam, sed paucis tantum amicis, se se videndum praebere, post suum in vitam redditum. Praeterea, ex Nitzschii sententia, capi palamque necari oportuit Christum, quamprimum suam esset dignitatem professus. Quod nisi fieret, ipsius causae magis nocitura fuisse, quam profutura, ea professio. At perspicientia humana Christus praevidere non potuit, Iudeorum processus, Iudee facinore, inductos fore, ad eum festinanter capiendum et Romanorum in potestatem tradendum. Denique, si cum Nitzschio putes, non amplius potuisse Iesum vitae suae consuetudinem in Palaestina sequi, atque adeo oportuisse cum, vel publice suam dignitatem profiteri, vel ex ea regione migrare, quidni posterius eligi ab ipso potuisse, quin et eligendum omnino fuisse, dicas? Ab Iudeis enim repudiatum oportuisse docere alienigenas, quibus forte bene acceptus fuisse: potuisse etiam deinceps in

in patriam redire. Atque ita et discipuli eius institutione fruituri diutius fuissent. Vid. Flattius, lib. I. p. 34, 35.

Sed et omnis Iesu agendi ratio, post dictam illam professionem, imprudentiae notam, habuisse censenda est, si una perspicientia humana fuerit ad eam inductus. Nequaquam enim, cum Nitzschi, (*Progr.* II. p. 19. refer. Flattio, lib. I. p. 37 et 21.) ex publice data professione effici potest, iam non licuisse Iesu, vitandi periculi causa, alio abire, quoniam hoc modo fidem, professione publica datam, sefellisset; Etenim, (quod recte Flattius animadvertisit, lib. I. p. 37, 38.) si fuisse palam a senatu Iudaico aut Procuratore Romano in ius vocatus, obedire eum oportuisset, neque ei licuissest alio abire ad periculum evitandum. Inquisitionibus vero clandestinis et insidiis, quae ei struebantur, se subtrahere non tantum licitum ei fuissest, sed et effugere eas ipsum decuisset.

Quisque autem videt, hanc totam Nitzschii argumentationem, si vel vera esset, nihil tamen valere ad infringendam veritatem vaticiniorum, quae diu ante mortem Servatoris edidit.

§. XIII.

Haec Iesu vaticinia eventu probata sunt.

In illustranda et probanda descriptione vaticiniorum a Iesu editorum, restat, ut videamus, num probata illa eventu sint. Brevibus autem hic esse licet, cum adeo manifesta haec res sit, ut nulla fere demonstratione indigeat.

Quicunque enim Evangelistarum narrationes legerit, et Iesu vaticinia cum his contulerit, illud sat superque potuit animadvertere: neque ullus dubitare potest, quin omnia illa, quae de perpensionibus suis Servator noster praedixit, eventu accurate comprobata sint. Quod autem ad mortem eius ei redditum in vitam attinet, sunt, qui putent, eum tantummodo animi deliquium passum fuisse, atque adeo non e morte in vitam rediisse: cui tamen opinioni historia plane repugnat. Sed eius refutatio, et a nostri instituti ratione aliena est, et longius, quam par est, nos detineret. Servatorem igitur nostrum revera fuisse mortuum, atque adeo revera e mortuis in vitam rediisse, tuto hic sumere licet, praesertim cum alii, a Kuinoelio laudati, sat superque illud probaverint, et secus sentientes strenue oppugnaverint, feliciterque debellaverint. De morte eius imprimis vid. Casp. Rensing, *Verh. betreffende eenige merk-*

merkwaardige bijzonderheden van het lijden, sterven en de opstanding van Jezus: de reditu eius in vitam, praeter alias, vid. Reinhardi *Dissert. laud.* in *Comm. Theol. a Velt husenio, Kuinoelio et Ruperti edd.* Tom. III. p. 20-23. ubi, ex Apostolorum constantia, et magna hominum multitudine, non ita diu post Iesu supplicium, nomen ei dantum, egregie causam probat. Conferri et iubet Chrysostomum, in Matth. Hom. XC. p. 919 sqq. Conf. et Muntinghe, *Theol. Christ.* p. 321 sqq. et auctt. ab ea not. b et c laudati; quibus add. Seiler, *über die Göttl. Offenb.* Tom. II. p. 55 sq.

SECTIO POSTERIOR,

QUA EVINCITUR,

HIS IESU VATICINIIS VIM INESSE, AD AUCTORITATEM EIUS DIVINAM PROBANDAM.

Ex his igitur Iesu vaticiniis recte argumentum dicitur, ad divinam eius auctoritatem probandam. Quam quidem vulgarem Theologorum sententiam; primum demonstrabimus, §. I. deinde, contra nonnullorum dubitationes, vindicabimus, §. II.

§. I.

Demonstratio.

Et disputatis, ut spero, constare poterit, haud potuisse Iesum, humana perspicientia, suas perpessiones, mortem et in vitam redditum perspicue, certo et definite praesignificare. Quod cum ita sit, sequatur inde necesse est, hanc eius scientiam a Natura Divina profectam fuisse. Et hoc nomine se ipse a falsis Diis saepius di-

distinguit. Vid. Ies. XLI: 23. XLIV: 6, 7. XLVIII: 3; 5. all. ab I. A. Turrettino, *Opp. Tom. I. Dis. XX.* p. 347 sq. Qui olim veras ignorabant vaticinationes, suam tamen *divinationem* pro re *praestantisima* habebant, *qua proxime ad Deorum vim natura mortalis posse* accedere, teste *Cicerone, de Div. I. 1.* Quod et ipsa vocis origo demonstrat, ipso *Cicerone* interprete, lib. I. ubi: *praestantisimae*, inquit, isti *rei Romani nomen a divis duxerunt.* Nec tantum rem *praestantisimam* eam dicebant, sed et vere divinam: neminem enim putabant, nisi Deum, futura posse cognoscere. *Qui teneat,* inquit ille, I. 56. *cansas rerum futurarum, idem necesse est, omnia teneat, quae futura sint.* *Quod ne-* mo facere nisi Deus potest. Atque ita et *Sene-* ca: *Deos videre est,* inquit, *ut alios indulgen-* tius tractent, propter parentes avosque, alios propter futuram nepotum pronepotumque, ac longe sequentium posterorum indolem. Nota est enim illis operis sui series. Omnia illis rerum per manus suas iturarum scientia in aperto semper est; nobis ex abdito subit: et quae repentina putamus, illis provisa veniunt ac familiaria. (*de Benef. Lib. IV. c. 32.*)

Quae igitur Iesus de futuris suis fatis praesignificavit, ea, aut vi divinae naturae, qua $\delta\lambda\delta\rho\varsigma$ cum Iesu homine iunctus est, praescivit, aut singulari patefactione divina edoctus fuit. Quamcunque autem harum sententiarum sumas, utro-

M

que

que modo probari potest auctoritas Iesu divina. Nos autem posteriorem sententiam hic sumendam esse putamus, quippe quae assumta, et certiorem facit nostram demonstrationem, et vero etiam eo confirmari videtur, quod ipse Iesu dicit, Ioh. X: 18. ἔξουσιαν ἔχω θεῖναι αὐτὸν (τὸν ψυχὴν μου) καὶ ἔξουσιαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτὸν ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔλαβον πάρα τοῦ πατρός μου· alia ne affectum loca, quibus et suam doctrinam a Patre acceptam dicit.

Cum igitur futura Iesu fata a Deo patet facta ipsi fuerint, quis dubitet, quin vates fuerit a Deo legatus, auctoritate in docendo pollens divina? Quis fidem non habeat ei, qui arcana Dei novit consilia, et cum hominibus communicat? Quid? quod ipse Iesus suas se vaticinationes edidisse dicat, ad auctoritatem suam confirmandam. Saepius enim discipulis: *yobis haec praedixi*, inquit, *ut, cum evenerint, fidem mihi habeatis*. Vid. Ioh. XIII: 19. XIV: 29. Nisi igitur auctoritate gavilus fuerit divina, nisi vera sit, quam nobis tradidit, doctrina, nisi denique auctoritati eius doctrinaeque divinae comprobandae vaticinia inserviant, mendacii et fraudis accusandus est; atque adeo Deus impōstoris socius, fraudis auctor, mendacij superstitionisque stator dicendus est. Quod cum nemo unquam sana ratione praeditus dixerit, certum est, Iesum auctoritate in docendo gavilum fuisse divina, eumque esse, quem sepe professus est.

§. II.

Demonstrationis vindicatio.

Cum autem nonnulli sint, dicta §. I. negantes et quedam iis opposentes, horum dubitacionibus refutandis, nostra vindicanda est demonstratio.

I. Ac primum quidem refellenda ea sunt, quae moventur contra priorem demonstrationis partem, qua diximus, Iesum, singulari Dei patefactione, futura sua fata edoctum suisse.

1. Putat igitur Nitzschius, (*Progr. II.* p. 7. refer. Flattio, lib. I. p. 38.) Servatorem, si singulari patefactione divina, atque adeo certo, mortem suam praesciverit, officio suo defuisse in eo, quod sceleris, ab inimicis suis in eum commissi, adiutor exstiterit. At vero illud, quamquam non impedivit, eo ipso tamen non adiuvit. Impedire autem noluit, quoniam ipsi moriendum erat, muneris gravissimi causa, quod, a Patre ipsi impositum, ab ipsoque sponte ac lumbenter suscepsum erat. Conf. Flattii lib. I. p. 38, 39.

2. Negat etiam Nitzschius, Deum, singulari patefactione, Iesum iussisse, vitae curam, lege morali hominibus impositam, abiicere, sequi morti violentae tradere: huiusmodi sacrificium non potuisse non offendere sensum

hominum moralem, atque adeo impedire, quod minus utilis fieret Iesu mors, exemplum praebendo virtutis humanae omnibus numeris perfectae. (*Progr. II.* p. 7. refer. Flattio, lib. I. p. 40.) Sed ipse tamen Iesus dicit, se hoc mandatum a Patre accepisse. Praeterea libera gaudebat voluntate, lubensque Patris sui mandato obtemperabat. Ita autem maximum obsequii erga Deum dabat exemplum, multo etiam maius, quam si rationis leges secutus fuisset. Etenim, ut recte Flattius animadvertisit, lib. I. p. 41. neglecto singulari mandato divino, hominibus ignoto, nullum illi in eo vitium animadversari fuissent, magnum vero, si rationis voluntatis non obedivisset. Denique et certo prospiciebat, se esse tertio post mortem die in vitam redditum. Quae qui secum reputet, habebit, quibus Nitzschii dubitationem refellat.

3. At, inquiunt, qui contradicunt, maior in Iesu conspicua erit animi fortitudo et fiducia in Deo deposita, si sum in vitam redditum praevidiisse ipsum neges, quam si putas, hunc ei, singulari Dei promissione, fuisse patefactum. Ita Anon. in Eichh. *Bibl.* VII. p. 1048, 1049. Quocum consentit Herderus, in libro *vom Erlöser der menschen*, p. 134, 135. Quin et Nitzschius: (*Progr. II.* p. 23. refer. Flattio, lib. I. p. 22 et 29.) Iesu mors, inquit, privatur omni praestantia morali, omni verde pietatis representandae vi, omnique efficacia ad animi

*q*nimos nostros amore eius et reverentia virtutis
inbuendos, si praescivit ille ex suggestione ma-
gica suum in vitam redditum, et omnem operis sui
succesum. Verum, quod primum est, summa Iesu
fiducia in Deo deposita in hoc ipso conspicua
est, quod, non *semel*, sed *saepissime*, nec
suis tantum et timide, sed *confidenter et publice*,
nec *verbis ambiguis*, sed *propriis ac perspicuis*,
suum in vitam redditum praedixerit. Vid. Rein-
hardi *Disf.* laud. p. 25. *Deinde*, cum statua-
mus, praevidisse Iesum singulari patefactione divi-
na, atque adeo certo, suum in vitam redditum, simul
statuimus, illum et omnes cruciatus, sibi propi-
us instantes, certo praescivisse; posterius autem
assumi non potest ab iis, qui prius negant.
Quod cum ita sit, quis est, quin miretur singu-
larem animi eius vim, constantiam, fiduciam in
Deo depositam? Scilicet omnes, qui ipsi immi-
nebant cruciatus tam dilucide et distincte ante
oculos habebat, ac si eas iam subiret. Nihilo-
minus tamen et semper et in ultimo, quo Hiero-
solymas adibat, itinere, cum metus et horror
cunctos invaserant eius comites, ipse summa erat
constantia et propositi tenacitate. *Porro* certa
illa de suo in vitam redditu persuasio non potuit
perceptionis et dolorum sensum in ipso extin-
guere. (*) *Denique* Iesu fiducia in Deo repo-
si-

(*) Vere et eleganter Flattius, lib. 1. p. 29,
30. scribit: *hat denn die fromme Ergebung eines edlen*

sita tum demum rationi conveniens eoque digna erat, cum certo sciret, doctrinam causamque suam a Deo propagatumiri et vindicatum. Quod nisi sciverit, mors eius (ut Nitzschii verba in ipsum convertam) privatur omni praestantia morali, omni verae pietatis repraesentandae vi, omnique efficacia ad animos nostros amore eius et reverentia virtutis imbuendos. Sic enim, vel superstitionis fere fanaticae accusandus fuisset, quippe qui, non certa, sed capta fide ductus, morti se traderet, quam ipsum effugere oportuerat, vel exiguum prodidisset ingenium, difficultates, cum instituto suo manifesto iunctas, prospicere nescium. Quod si verum sit, nemo perspicacior dixerit, maiorem in Iesu conspici animi fortitudinem et fiduciam, si singularem Dei opem univerle tantum exspectaverit, quam si certo praesciverit suum in vitam redditum. Conf. Suskindius, in Flattii Mag. VII. p.

181-

Duldert die Leiden einer schmerzlichen krankheit, die seinem Leben ein Ende macht, darum keinen werth, weil seine Hoffnung der Unsterblichkeit, theils durch die Eingebungen seines eigenen Herzens, theils durch den festen Glauben an die Göttliche Offenbarung, den höchsten Grad von Geweisheit und Lebendigkeit erlangt hat? Wird nicht Kraft und Selbstthätigkeit des Geistes dazu erfodert, um diese Hoffnung auch in solchen stunden und augenblicken festzuhalten, in welchen sie durch schmerzliche Gefühle verdunkelt wird?

181-184. et C. C. Flattius, in Süsskindii
Mag. für Christ. Dogm. XII. p. 15-17.

4. Denique dubitandi ansam ex ipsa historia desumit Nitzschius. Scilicet, in villa Gethsemanitica quo Iesus fuerit animo, quae dixerit, quid precatus a Patre fuerit, notum est omnibus. Ibi autem, ex Nitzschii sententia, histrionem egisse dieendus esset, nec posset illius scenae ratio intelligi, si singulari patesfactione divina certo iam persuasum ipsi fuisset de morte sua, suoque in vitam reditu. (*Progr.* II. p. 22 seqq. refer. Flattio, lib. I. p. 22, 23 et 30.) Ad hanc autem dubitationem tollendam, consideranda est Conservatoris nostri conditio humana. Etenim natura homo erat et affectionibus humanis praeditus. Ante oculos habebat omnes, quos subiturus erat, cruciatus, eorumque dolores sentiebat. Ad summum honoris dignitatemque fastigium aditus ei non patebat, nisi per mortem violentam. Quidni igitur perpessiōnum suarum mortisque praesensio cogitationem sui in vitam reditus aliquamdiu potuit suppressere? Conf. et Flattius, in Bengel. *Arch.* I. I. p. 30, 31. Praeterea in Christo spectandus est hominum Conservator, qui cruciandus fuit eo mortis metu et horrore, quem fontes, Deum criminum vindicem experti, instantे morte, percipiunt: quocirca etiam eum oportuit ad divinam confugere clementiam ac petere, ut ea liberari liceret angore, ($\tauῷ ποτηρίῳ$) qui, nisi

di-

divina sedatus consolatione, animum ei viresque ademturus suisset, ad fortiter toleranda, quae sibi imminerent mala, ipsumque mortis supplicium tranquille subeundum. Conf. quae ea de re monuit Cl. Promotor, in Diatr. vern. *de Angelis*, ed. a Societate Haganæ, pro vindic. relig. Christ. a. 1814, p. 179 - 173.

II. Sublatis dubitationibus, quae contra priorem §. I. partem moventur, ad ea respondent dum est, quae dicuntur, contra posteriorem eius partem, qua docimus, illis Iesu vaticiniis inesse vim ad probandam auctoritatem eius divinam.

Qua de re si vere a nobis disputatum est, falsa dicenda erit Pauli opinio, qua sibi persuadet, ex vaticiniis nihil aliud effici posse, nisi hoc, de quo nemo unquam dubitaverit, Deum omnia praescire: (*Cœm. III. 6.*) Iesu autem vaticinationes nullam potuisse afferre utilitatem, (*Ibid. p. 7.*) Scilicet, quam illae nobis utilitatem afferunt, certe afferre possunt, eantem et praestare potuerunt Iesu discipulis aliisque eas audientibus, quippe qui, praedicta a Iesu videntes eventu probata, aut ad fidem ei habendam potuerunt perduci, aut in fide ei habita confirmari. Conf. Reinhardi Disf. saepius laud, p. 15 - 26.

Constat etiam ex disputatis §. I. in eo errare Herderum, quod, vaticinationum vim ad auctoritatem Iesu divinam probandam impugnans, dicat, (*vom Erlöser der menschen*, p. 255.) haud

haud opinatum suisse Iesum, fore aliquando, ut ex tristissimis suis vaticinationibus argumentum ducatur ad divinam doctrinae suae originem probandam. Contrarium enim vidimus ex ipsis Iesu dictis, §. I. allatis, p. 258. Maioris autem momenti videtur, quod monet I. I. ipsum Christum dixisse, multos futuros esse Prophetas, quos esset abacturus ac condemnaturus: e quo Iesu dicto argumentum dicit, ad vaticiniorum ab eo editorum vim in probanda auctoritate eius divina impugnandam. Innuit, ni fallar, Christi dictum, quod commemorat Matthaeus, c. VII: 22, 23. Verum non animadvertere videtur Vir ingeniosissimus, illud: κύριε, κύριε, οὐ τῷ σῷ διδόματι προεφύτεύσαμεν; referri, tanquam olim dicendum a pessimis impostoribus, quibus responsurus sit Rex Christus: οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς· ut adeo merito iis decentibus fides negetur. Conf. quae de hoc loco scripsit Cl. Promotor, in Diatr. vern. qua orationem Iesu montanam populariter est interpretatus, p. 149. Sed, si vel sumas, haec a Christo dici de talibus simulatoribus, qualis fuit Iudas Iscariotes, qui aliquando regni coelestis fuerint nuncii, Christi vaticinia repetentes, quorum dictis hactenus etiam fidem fecerit Deus editis signis mirificis, ex eo tamen haud duci potest argumentum, ad refutandam nostram sententiam. Quod qui faciunt, ii argumentationis nostrae vim non percipiunt. Est enim hoc be-

ne

Q U A E S T I O N E S.

Iesus Christus multa vaticinatus est, postea eventu comprobata, quae humana sagacitas praevidere non potuit.

II.

Huiusmodi sunt, quae, de perpersionibus suis, morte et reditu in vitam, praesignificavit.

III.

His similibusque Christi vaticinationibus luctu, lentum inest documentum fidei et auctoritatis, quas in docendo sibi tribui voluit.

IV.

Cum omnis interpretatio sit difficilis, quod plurimum, doctrinae, iudicii, diligentiaeque, saepe etiam quandam ingenii felicitatem desiderat, tum vero multo difficilior, multis de causis, est interpretatio Librorum Sacrorum.

V

V.

Recte indicavit summus Hemsterhusius, cum, in *Orat. de Paulo Apostolo*, diceret: *haud vercor asseverare, non fuisse disertorem Demosthenem in illa venustratis Atticae copia, in isto virtutis oratoriae regno, quam fuerit, in his humilis et vulgatae dictionis, si lubet, sordibus, Paulus, verissimum religionis Christianae fulmen,*

VI.

Frequentiorem troporum usum in Iesu oratione nemo reprehendet, qui dicentis consilium perpendit et audientium ingenium.

VII.

Doctrina Christiana e Graecorum ingenio et Orientalium sensu confluxisse falso dicitur.

VIII.

Saepe in N. T. πληρωθῆναι dicuntur dicta variis Hebraeorum, quando id evenit, ad quod, singulari quodam modo, accommodari ea possunt. Hanc nisi admittas interpretationem, loca Matth. II. 15. et 17, 18. recte explicare vix poteris.

IX.

IX.

Cuique Christiano optime persuadebitur de divinae religionis nostrae auctoritate, facto experientio, quod Christus commendavit, Ioh. VII: 17.

X.

Ad Ethices Christianae praestantiam multum confert praeceptum fiduciae et amoris erga Deum Iesumque Christum: e quo, tanquam e fonte, caetera omnia ducantur.

XI.

Pietatis erga parentes officia minime neglexit Iesus, in iis, quae relata de eo leguntur, Luc. II: 48, 49. Ioh. II: 1-10. Matth. XII: 46 seqq. coll. Marc. III: 31 seqq.

XII.

Iuvenes muneri ecclesiastico destinati nonnihil proficere possunt lectis vulgaribus libellis, quibus praecepta traduntur oratoria et homiletica: nisi vero accedant oratorum exempla et exercitatio, parum ea valebunt.

XIII.

XIII.

Doctrinae Christianae interpretem accommodare sese oportet ad audientium intelligentiam: erroribus eorum favere ei non licet.

XIV.

Christianorum, ut vitia reprehendenda, ita virtutes laudandae sunt ab Oratore S. Quod qui negligit, morosi censoris personam agere videatur, parumque increpando proficiet.

XV.

Qui ad virtutem hortatur, virtutis adiumenta non commendat, vix dimidia officii parte fungitur.

XVI.

Philosophia est fundamentum omnium iudicatarum artium ac disciplinarum.

XVII.

Nimius videtur, in laudando Cicerone, Io. Aug. Ernesti, (*Praef. libris Philosophicis praemissa, Opp. IV. 1.*) cum: *hi libri, inquit, ea rerum praestantia insignes sunt, ea disferendi*

cum

JPK

cum subtilitate et elegantia, tum copia et suavitate, ut nihil iis esse posit ad ingenium rerum optimarum copia alendum uberius, et acuendum efficacius, orationem denique in differendo fingendum ornandumque apte ad rei cuiusque genus atque modum limatius. Itaque ut est quisque ad sensum illorum bonorum minus hebes, ita plus horum librorum lectione teneatur necesse est.

XVIII.

Haud accusandus ideo inconstantiae est Cicero, quod modo unum esse Deum dicat, modo de pluribus Diis immortalibus faciat mentionem. Unum vere *Deum* statuit.

XIX.

Nullum in hunc usque diem inventum est argumentum, quod *a priori* vocant, eo valens, ut efficiatur, Deum esse.

XX.

Syllogistica argumentandi ratio perperam tanquam inutilis a nonnullis reicitur.
